ARNOLDI MAURITII HOLTERMANNI,

J. U. Doct. Conſiliarii Haſſiaci & Pandectarum PROFESSORIS Celeberrimi, &c.

DISPUTATIO JURIDICA, DE NEQUITIA ADVOCATORUM,

ROMA

Von

Tücken und Bubenſtücken der Advocaten.

IN

CELEBERRIMA ACADEMIA MARBURGENSI

RESPONDENTE

ALH. WILH. WOLTERMANNO

quondam habita, nunc tertiò recuſa,

Et additum

FRANCISCI CLIENTIS JUDICIUM DEFENSIVUM

IN

Prædictam DISPUTATIONEM, FREIENHAGÆ traditum,

Cum ſubjunctis

HOLTERMANNI VIRGIS, VIRGIS,

Ob Judicium illud Defenſivum, &c.

LAudabile eſt advocationis in Republica munus, quis audet negare? Confirmant id *Impp. in l.14. C.d.advoc. diverſ. Iudic. Ambigua fata cauſarum dirimunt, ſuæ defenſionis viribus in rebus publicis & privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, & non minus provident humano generi, quam ſi præliis ac vulneribus patriam parentesq́; ſalvarent: glorioſa vocis munimine confiſi, laborantium ſpem, vitam ac poteſtatem defendentes.* Verum hoc eſt, de veris, bonis & Chriſtianis Advocatis, non de rabulis forenſibus, de quorum pernitioſa protervitate ac malitia totus hodiè conqueritur mundus. *Nathen. d.juſt. vuln. c.6. tit. 2.* quòd ſcilicet veritatem ſæpius ſupprimant & lites litibus cumulent. **Daß ſie das rechte krum machen:** non Juriſtæ, ſed jurgiſtæ: non JCti, ſed jure corrupti: non Juriſperiti ſed jureperditi. Non Doctores, ſed legum dolores. **Je gelehrter / je verkehrter: ſtänckiſch und zänckiſch:** quorum nemo ad *S. Jonem*, JCtorum olim Patronum ad cœlos pervenientem & ſcalas attrahentem, pervenit, etſi patrocinia ſæpe hic ſuis clientibus præſtiterint feliciſſima, per varias artes, aſtutiam & fallacias, quarum hic aliquot, ut in poſterum ſciri & evitari poſſint, à nobis ſunt proponendæ, hoc peſſimo ac deploratiſſimo ſeculo, quo pietas omnis ferè exulat: Juſtitia ſub Tyrannide Rationis ſtatus ingemiſcit & charitas Chriſtiana friget.

II.

PRimum ergò maximè hodie improbandum Advocatorum vitium eſt, quando contra judiciorum auctoritatem, contra litigantium commoda, contra muneris Advocantium decus, etiam illiterati & indocti hoc ſuſcipiunt promiſcuè, cum non niſi probati ſint recipiendi, quorum juris ſcientia & aptitudo ad cauſas agendas eſt perſpecta. *l. 11. §. 1. de Advoc. div. Iud. l. 1. 4. ff. d. extr. cogn. Ordin. Politica de anno 1612. rubricâ* von Juſtitien Sachen. Ibid. Es iſt klagend anbracht / daß hin und wieder in Aemptern und Ständen / ſich viel ungelehrte / leichtfertige Perſonen / ſo entweder gar nichts / oder doch ſehr wenig ſtudiret / ungeſchickte Schreiber / Notarii, verdorbene Handwercksleute / und Vaganten / unterſtünden / nicht alleine Supplicationes zu verfertigen / ſondern auch den Leuten vor Gerichte zu dienen und gemeiniglich die Unterthanen / auß Unbericht und Zanckſucht wider ihre Erb-Herrn und Obrigkeit muhtwillig um ihres eigenen Nutzens willen zu verhetzen und auffzuwiegeln / auch Sie in ihrem Ungehorſam trotziglich zu verſtärcken / derowegen unterthänigſt gebeten / dieſelben abzuſchaffen / und ihnen das procuriren und advociren mit gebührendem Ernſt zu verbieten / etc. Item / Sünde iſt es / wann ſich Leute advocirens annehmen / die es nicht verſtehen oder gelernet haben / dadurch der arme Nächſte vernachtheilget / in Koſten / Schaden und ander Hertzleyd geſtürtzet wird. *Spen. 184.* Item / wann ſich die der Juriſterey und Rechtsſachen anmaſſen / ſo kaum den Donat und Catonichen gelernet und nicht ein Löffel waſchen können. *Menger, Scrutin. Conſc. c. 20.*

III.

PRoceſſus ergo judiciarii & jurium ſi ſint imperiti, ſi patrocinantes per imperitiam cauſas perdant, tenentur Clienti

ſuo

ſuo ad intereſſe. §. *imperitia. Inſt. ad L. Aquil. Specul. in §.ſ. verſ. quod ſi per imprudentiam. tit. de Advoc. Chriſtin. deciſ. Belg. l. 2. tit. 12. deciſ. 105. n. ult.* Imo cauſas graves ſuſcipiendo, cum ſcire debebant, ſe parum judicio, eruditione, experientia valere, peccant mortaliter. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 29. art. 5.* Nec eos excuſabit bulla & gradus Doctoralis, aut privilegia publicè conceſſa, per publicam promotionem aut alia morum & ſtudiorum ſæpe emendicata teſtimonia: aut ſi aliquis in Academia ope alicujus Hypodidaſcali Diſputationem quandam publicam ediderit, quæ præſumptionem ſcientiæ ſolet facere, ſed etiam non ſufficientem ſine aliis experimentis. *Rosbach. Proc. Civ. Tit. 18. n. 1.* De multis Academiis & Scholis hodie poſſum ἐῤῥητάκαλα, ob informationem ſuperficiariam & diſciplinam ceruſſatam. Quis ſtudia Juridica hodie pertractat ad promotionem gloriæ Dei, ad ſalutem proximi? Quis non ita potius, ut in hac vita aut honores aut opes conſequatur? Wird alſo aus dem Studieren eine Handthierung gemacht. Quanta in multis locis eſt Graduum Academicorum redemptio: multos hic *Marburgi* vidimus imperfectos ſcientiâ, quos alibi perfectos efficit pecunia: quaſi vero hic qui erat aſinus, per ſubitam metamorphoſin alibi poſſit fieri equus: Hi gradum pro titulo habent, parum ſolliciti de veritate; nec perpendentes, anxii promotiones quærentes & properantes ad Advocationes ſuſcipiendas, an ad hoc in Republicâ munus ſint ſatis apti, nec ne? De Theologiæ Studioſis ad paſtorale munus feſtinantes, ita ſcripit *Rever. Danhauer. lect. catech. p. 9.* Was wollen wir ſagen von denen αὐτοκλήτοις, die ſich vor tüchtig halten / durch allerhand Dieteriche und Diebes-Schlüſſel eindringen / einkünſteln / wann ſie einmahl oder zwey auff dem heiſſen Höltzlein geſtanden / und als Commedianten nicht ihre eigene Perſon / ſondern frembde agiret / wann Sie durch ihr

gut Mundwerck/ favorem vulgi und des Pöbels Zeigefinger gewonnen / hic eſt: das iſt der Herr/ der ſo wohl predigen kan/ ꝛc.

IV.

SEcundum Advocatorum vitium & peccatum eſt, ſi præſtant patrocinia illis Clientibus, qui omnino fovent injuſtam cauſam eamque vel ignorantia inexcuſabili non cognoſcunt vel malitiosè diſſimulant, vel minus legitimè confitentur, ſine conſtanti propoſito veræ emendationis. *Ala. de Adv. & Cauſid. Chriſt. quæſt. 95.* Non enim miniſtri & ſacerdotes Juſtitiæ id debent facere. *arg. l. 4. ff. d. Juſt. & Jur.* ſed ſuum unicuique tribuere & infida advocatione neminem lædere, nec propriam conſcientiam offendere, iramque Dei graviſſimam in ſe provocare; *Væ! Væ*, ait, *apud Eſaiam c. 5. v. 10.* Dominus, *qui dicitis malum bonum & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce & dulce in amarum.* Hi malarum cauſarum Patroni, die es vor keine Kunſt halten eine gute ſache zu erhalten / ſondern eine böſe zu gewinnen / multos ſibi quærunt clientes, bonos an malos, hoc non quærunt: apud illos, *L' intereſſe vince ogni coſa.* Divitiæ ita corraſæ ſunt *aquilinæ pennæ.* Deus habet ἔκδικον ὄμμα, bona hæc ad tertium hæredem non perveniunt: liberi horum & nepotes miſerè ſæpè vixêre: exempla ſunt odioſa.

V.

SEd, *licitumne Advocato Clientes ſuos abhorrentes à litibus, ad litigandum incitare aut pronos in cauſa dubia ad amicabilem compoſitionem ab eâ abſtrahere?* Nos negamus utrumque & tertiam hanc Advocatorum nequitiam maximam reputamus, homines à litibus abhorentes ad litigandum incitare, lites ſerere ſui lucri cauſa, ubi nullæ ſunt, homineſque ut canes erga ſe invicem concitare: oſor pacis, eſt oſor Dei & homi-

num

num ſalutis. *1. Cor. 3. ait Apoſtolus : Si inter vos Zelus & contentio, nonne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis. Carpz. vide Iurisprud. Eccleſ. lib. 3. def. 17. n. 3.* Ob dubium etiam litis eventum, ob difficilem ſæpe ſententiarum executionem contra potentiores ad partes componendas ſemper erunt prompti boni Advocati *l. quod debetur. ff. de pecul.* Ein magerer Vertrag iſt beſſer als ein fett Urtheil: qui hanc disſuadent amicabilem compoſitionem ac impediunt, graviſſime peccant, ſecundum dictum Salvatoris noſtri. *Matth. 5. v. 9.* Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί. *Beati pacifici*, Seelig ſind die Friedfertigen oder vielmehr die Friedmacher: Pacis Studium eſt eximius fidei Chriſtianæ fructus: vide ibi *Piſcat. comment. in libros. N. T.*

VI.

SI cauſa Clientis ſit injuſta, an & tunc bonus Advocatus hunc ad transactionem poteſt inducere? Negamus & quartum hic verſatur Advocati periculum, ſcientis Clientem ſuum malam fovere cauſam, & tamen eum inducentis cum adverſarii ſui damno in transactionem: *Str. ad tit. ff. de trans. th. 5. in fin.* aut ſuſtinentis mordicùs eam usque ad excutionem rei judicatæ: in cauſa enim, quæ cognoſcitur injuſta, non poſſunt Advocati procurare concordiam, dolo & cum damno adverſantis: Sed debent Clientes monere, ut eam deſerant, vel ut transactio fiat ſine damno adverſarii, ſine dolo & fraude; debent ei aperire jus ſuum, ut compoſitio ſit libera, voluntaria, amicabilis, ut nulla amplius ſubſit dubitatio, utque nil accipiat, niſi quod alter voluit liberè & gratis conferre: aut ſi ſubſit dubitatio, ſecundum hujus qualitatem arbitrio prudentis quid conferatur. Peſſimum itaque eſt ſtrategema & à Diabolo profectum, in gratiam Clientum vel ob proprium commodum in cauſis injuſtis transactionem ſuadere vel extorquere: hoc qui faciunt, propriam lædunt conſcien-

ſcien-

ſcientiam & pòſt ſera pœnitentia injuſtas ſuas deplorabunt actiones: *Fritſch. in adv. pec. concl. 9. num. 6. in fin.*

VII.

QUinta Advocatorum nequitia eſt, plurima cauſarum patrocinia ſuſcipere, quæ tamen ob multitudinem ſufficienter præſtare non poſſunt: mole enim impediti negotiorum, debitam diligentiam adhibere nequeunt, ſed eas producere coguntur ac proferre longiſſime, ex qua dilatione tot & tanta naſcuntur incommoda: regulariter enim incumbere debent cauſis prius ſibi demandatis, pro quibus honorario accepto ſtudium ſuum non habet amplius in ſua poteſtate ſed hoc obnoxium eſt clientibus, quare aliis cauſis incumbendo, operæ ſuæ jam aliis obligatæ quaſi furtum committit, imo obligatus erit ad reſtitutionem damnorum, quæ ex tarditate nimia vel inconſueta feſtinatione clientes capiunt. *Magon. d. rect. patroc. nat. cap. 38. Nicol. de proceſſ. c. 6. n. 7. Berlich. part. 1. Concluſ. 9. n. 36.* Jura enim vigilantibus cum ſint ſcripta, negligentiâ Advocatorum variis modis peccatur & partibus damnum injungitur v. g. ſi in præfixo termino ſint imparati, nec adhuc in cauſa ſatis informati: ſi absque mandato cauſam proponant, ſi appellationes negligant, ſi fatalia, ſi terminum negligant probatorium aut intempeſtivè ejus petant prorogationem, &c. Sünde iſt es/ wann ein Advocat in præfixo termino aus Geitz oder Fahrläſſigkeit nicht gefaſt/ und alſo die Urſache iſt / daß vergebliche Auffzüge und Verlängerung der Sache geſucht werden / oder wann ſie mit Faulheit und Nachläſſigkeit gute Sachen und ordentliche Proceſſen verſäumen und verwahrloſen. *Supra laudatus Spener. p. 185. Nathen. de juſtit. vulner. p. 2. tit. 3. c. 6.*

VIII.

AD VI. refero nequitiam, ſi Advocati cum clientibus ſuis pacta faciant de quota litis, wann ſie ſich mit dem

Rich-

Richterlichen Tax nicht begnügen laſſen / ſondern entweder de quota litis paciſciren / oder ſonſten ungebührliche und beſchwerliche conventiones machen. Poteſt Advocatus paciſci aliquid pro honoratio, ſive vincat litem ſive ſuccumbat, aſt ſi in una lite agatur de centum aureis, tuta conſcientia pactum non poteſt facere de uno aureo in caſum victoriæ: adeò hæc pacta v. g. de quota litis dimidia, tertiâ vel minore, ſunt prohibita, ut paciſcens habendus pro latrone & deprædatore. *Naver. in Manual. c. 25. n. 50.* ſi ſcilicet lis nondum ſit finita per. *l. 15. cod. de procurat. l. 5. Cod. de poſtul. l. 53. ff. d. pact.* ad quem vide *Weſenb. in parat, n. 6. Gail. libro 1. Obſ. 44. Hunn. ad Treutl. Diſp. d. pact. q. 51. Hahn. in not. ad Weſenb. ibid.* Si verò lis jam ſit finita, aliud dicendum, quia ceſſat prohibitionis ratio, ſuſpicio concuſſionis, occâſio calumniæ, venditio litis prohibita. *Ordin. Cameræ ita habet p. 1. tit. 46.* §. Deßgleichen ſollen. Ibi. Daß ſie mit den Partheyen keinerley Vorgeding oder Vorwort ein Theil von der Sachen / deren ſie Advocaten und Redner ſeyn / zu gaben oder zu warten machen ſollen. *Lauterb. diſput. vide quoque de palmario advocatorum cap. 3.*

IX.

S*Eptimò* non rectè facit Advocatus, ſi pro modico pretio alienas lites redimat, & aliorum actiones & jura modico aliquo dato ſibi acquirat & ſibi cedi curet: peſſimus hic eſt lucrifaciendi modus odioſus & invidioſus, ideoque *Juſtinianeus* callidas haſce ceſſiones cum variis machinationibus corradendi pecuniam per varias technas, verſutias & calliditates prohibuit in *l. 22. 23. Cod. mand.* in quibus conſtitutionibus actio mandata ex cauſa venditionis vel ceſſa ultra modum ſoluti pretii non valet, & reliquum cedere debet lucro debitoris, ita ut à debitore non plus conſe-

 quatur

quatur emptor actionis , quàm ipſe ſolvit. *Wiſſ. ad tit. ff. mand. th. 13.* Sapit n. hic acquirendi modus per coemptiones chirographorum vel inſtrumentorum avaritiam, vexandi debitores libidinem & uſurariam pravitatem, ideoque tale lucrum benedictionem divinam non habet & contra charitatem eſt Chriſtianam, ei, qui propter inopiam cogitur nomen vendere, non dare rationabile pretium, cùm emptor ingens indè reportet lucrum: *Cujac. libr. 8. Obſerv. c. 3. Menoch. libr. 3. præſumpt. & 129. n 2. Manz. in Interpret. leg. Anaſtaſ. q. 5. Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 21. dub. n. 76. Berlich. deciſ. 32. n. 1.* Utinam vitia & mores hîc non traxiſſent in poteſtatem ſuam ſaluberrimas haſce leges.

X.

O*ctavò* non eſt licitum Advocato petere ſalarium, majus quàm eſt meritus: ſalarium quidem ipſis debetur, æſtimandum ex bono & æquo pro conditione perſonarum, pro qualitate cauſarum, laboris & diligentiæ, de quo extra ordinem olim iis jus dictum. *arg. l. 1. pr. & §. 1. & ſeqq. de extraord. cognit.* & ſi modus excedebatur, Judex eum ſtatuebat determinando (das Advocaten Gebühr) pro modo litis, pro Advocati facundia & fori conſuetudine: licita quantitas pro ſingulis cauſis olim cenſebatur eſſe usque ad centum aureos. *l. 1. §. 10. 11. 12. inf. ff. eod.* In Curia Pariſienſi pro ſingulis cauſis ſupra X. libras Gallicas accipere prohibentur: quanquam in Curia Romana aliquando *Lex Cinthia* vetuit ob orandam cauſam pecuniam vel donum accipere: alluſit ad hanc *Mornæus* cùm ſubſcriberet picturæ *Clar. Paſch.* hos verſus,

Nulla hic Paſchaſio manus: Lex Cinthia quippe
Cauſidicos vetat ullas habere manus.

Cui reſponſum poſtea in eadem pictura, fortè ab ipſo *Paſchaſio.*

Mor-

Mornæus luſerit an mordax læſerit, neſcio,
Optaret ſibi tales habere manus.

Carmen hoc turbatum, ita reſtituit in literis ſuis ad *Clariſſ. Burchardum Prænobiliſſimus Camerarius.*

Luſerit, an mordax Mornæus, læſerit aut me
Neſcio, ſors tales vellet habere manus.

Tacitus libro XI. Annal. refert, usque ad dena ſeſtertia patronis permiſſum eſſe accipere, quem modum egreſſi tenentur repetundarum, & rectè: iniquitas n. eorum & crimen eſt non leve, per quod juſtitia, pretio nummario non æſtimanda, non dehoneſtanda. *l. 1. §. 5. ff. eod.* amareſcit & in fel & abſynthium convertitur: *Amoſ. c. 5.* Meritò ergo horum ſalaria, ſi honeſtatis terminos excedunt, Judicis moderationi & taxationi ſubmittuntur: ſollen zur rechtlichen moderation geſtellet werden. *Carpz. de proc. Saxon. tit. 24. art. 4. n. 20.*

XI.

NOnò peccat Advocatus, qui in bona causâ cavillationibus & fallaciis utitur, aut fraudulentis cautelis & mendaciis: Sermo ejus & omnis viri boni erit ita, ita, non, non. *Matth. 5. v. 37. Iacobi 5. 12. l. 2. ff. d. cond. ob turp. cauſ. l. ult. ff. quod falſo tut. auct. Alciat. ad l. 177. ff. d. Verb. Signif. n. 11. Godd. in l. 177. n. 7. eod. Coverr. 1. Reſolut. 9.* quare cauſa juſtiſſima in judicio, non niſi veris, juſtis & legitimis mediis etiam eſt adſerenda & promovenda, cùm non ſatis ſit bonum facere, niſi idipſum benefacias, hoc eſt, eâ ratione ac viâ, quâ id oportet: rem juſtam facere injuſtè, æquè vitioſum eſt quàm facere injuſtum: injuſtæ illæ cautelæ tendunt in præjudicium animæ: ſi gloriam ſubinde reportant in hoc mundo, in futuro ſeculo pœnam habebunt æternam: tali ergo ſcientiæ, non ſtudendum ſed conſcientiæ, cujus nomen mutilatâ primâ nunc ſyllabâ eſt abbreviatum, quando quicquid ferè ſcitur, in utramque partem defenditur, & ita ſæpe vera ſcientia in ſola entia

degenerat rationis, in ſophiſmata & altercationes & tandem in æternam damnationem, rectè cavet, quicunque cavet conſcientiæ ſuæ, quæ omnium Advocatorum & cautelarum ſuprema debet eſſe cautela, à qua in omni vita ne latum unguem eſt diſcedendum. *Oldekop. in obſer. crimen. Tit. 1. Obſerv. 11. n. 5. Nathen. de juſt. vuln. p. 2. tit. 3. c. 5. n. 10. Contr. ad L. diffamari c. 4. n. 141. & ſeqq. Chriſtin. deciſ. cur. Belg vol. 2. deciſ. 100. n. 5. Reiger. theſauro pract. v. Advocatus. n. 43. Struv. Syntag. Iur. civ. ult. de poſtul. th. 7. Nicol. de proceſſ. c. 6.*

XII.

PRæterea variis modis ſolet à multis Advocatis peccari, quos omnes ordine enumerare perdifficile eſſet: in gratiam tamen Juris Studioſorum quædam eorum iniquitatis myſteria, quibus, ſuo more agunt, hoc eſt, cavillantur & σοφιςίυσι, hac diſputatione adhuc bona eorum cum venia proponam. Deus iis ſit propitius & non patiatur eos in his erroribus occaleſcere & infatuari, ita ut pergant multa facere non candidè ſed callidè: Quis, cui conſcientia non aduſta eſt, ſe continere poteſt ad illam impietatem, quâ Advocatorii juramenti religio temerè violatur, quod, ſcilicet in multis judiciis antequam recipiuntur, præſtant, vulgò der Advocaten Eyd. *Ord. Cam. de anno 1495.* imò etſi id non præſtent, tamen quæ eâ continentur jurandi formulâ, in ſe juſta & pia, obſervare debent: quare dictum juramentum & omnia ejus capita, quæ hîc non deſcribam, memoriâ ſuâ firmiſſimè tenebunt, & ad illud tanquam ad Lydium lapidem ſtudia & actiones ſuas examinabunt, etiam atque etiam caventes, ne conſcientiam ſuam & bonam famam temerariâ ejus violatione lædant. Lieber Herr/ ait *Dominus Mengerin. in horologio ſuo c. 3. §. 12.* Habt ihr ſchon zu eurer Advocatur an dieſem oder jenem Orte keinen Cörperlichen Eyd geſchworen / ey ſo

ſolt

ſolt ihr doch nun als ein redlicher Mann und gewiſſenhaffter Chriſt euch dabey erweiſen / und verhalten / und nicht als ein frecher und unverſchämter Zungendreſcher bezeigen / und alles quid pro quo, was euch ins Maul kommt oder im Bart kreucht / bejahen / oder defendiren / beſtreiten und verfechten / und ins Gelach hinein reden und plaudern / das ihr ſelbſt in euren Gewiſſen ſtraffen und unrecht ſprechen müſſet.

XIII.

NOn debet porrò Advocatus provolare ad proceſſum, antequam merita cauſæ à Cliente probè didicerit: ideoque de his eum debet diligenter interrogare & poſtea ea diſponere ad neceſſariam defenſionem: nil eis ſubtrahere, nil ſubticere: breviſſimâ enim facti mutatione totum jus mutatur, & hujus applicatio ad factum, & facti ignorantia prudentiſſimos fallit *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* quare non erubeſcat de eventu ſeu bonitate cauſæ interrogatus, reſpondere hoc modo: *volo mecum & cum peritis & libris meis deliberare. Specul. tit. de Advocat. n. 6.* aliàs, ſi id neglexerit, peccat mortaliter & tenetur ad damna clienti reſarcienda. *Graff. libr. 5. deciſ. aur. cap. 8. n. 8.* Non debet quoque Advocatus hoc caſu clienti ſuo victoriam litis temerè promittere, temerarium hoc eſt ob tot contraria, quibus vel juſtum quandoque pervertitur judicium, ita ut multi etiam ſub juſtiſſimo clypeo pereant. *Heig. libr. 2. q. 9. n. 10.* Ejusmodi fumi venditores vel rabulæ, vertröſten die Clienten immer auff einen guten Beſcheid / oder End-Urtheil / und daß ſie die Sach gewinnen wollen. Habent enim & cauſæ ſua fata & aliud ſolet eſſe Judicis & aliud partium & Advocatorum Judicium: de pœnâ horum *ex Farinacio* vide apud *Klock. Vol. 2. Conſil. 51. n. 127.* Sed, *poteſtne Advocatus absque juſta, legitima & revelante excuſationis cauſa denegare clienti patrocinium*

 ſuum?

ſuum? R. Neg. peccat contra dictum *Matth. 7. verſ. 12.* contra professionis ſuæ obligationem, contra dilectionis Chriſtianæ legem, & magis ſeipſum quàm Deum & proximum diligit: publicum enim ad officium inviti à Judice compelli poſſunt, ſub privatione officii, foro motione & Advocationis interdictione. *Gail libr. 1. Obſerv. 43. Mynſ. cent. 4. obſ. 32. Dec. in l. 156. ff. d. R. l. l. 14. C. de Adv. div. Iud. Ayer. proc. jur. c. 1. obſ. 8. n. 9. & ſeq. Speck. Cent. 2. q. ult. Mev. part. 1. deciſ. 155. n. 9.*

XIV.

MIſerabilium perſonarum & pauperum patrocinia debet gratis ſuſcipere Advocatus, nî velit in Deum & proximum graviſſimè peccare & ab Advocationis officio ſuſpendi: ut enim præceptores & Medici ægrotis ac pauperibus pueris gratuitam inſtitutionem, conſilium & medicamenta denegare non poſſunt ſalvâ dilectionis lege, ita nec Chriſtiani Advocati preſſis paupertate clientibus hoc beneficium patrocinii denegare debent, quod erit viduis, orphanis & aliis miſerabilibus perſonis tanquam pia Eleemoſina. *Menoch. de arbitr. jud. caſ. 369. num. 3. & 4. Mager. d. rect. patroc. rat. c. 10. n. 13. Chriſtin. dec. jur. Belg. Vol. 2. tit. 11. deſ. 104. n. 4. Iacob Ay. de procc. ur. c. 1. obſ. 7. n. 3.* In nonnullis locis certi ſunt conſtituti pauperum advocati, qui ſalarium ex publicis reditibus accipiunt, *Gail. 1. Obſ. 43. n. 10. & ſeqq. Berl. P. 1. concl. 7. n. 71. & ſeqq.* Præterea in cauſis jam ſuſceptis diligenter formam Judiciarii proceſſus in Judicio ubique præſcriptam inſtar regulæ Lesbiæ obſervabit, nec per malitiam, imperitiam vel negligentiam hanc negliget aut turbabit cum damno ſuorum clientum: in cauſis etiam in quibus antehac ſedit ut Judex, in alia inſtantia eſſe non poteſt Advocatus, nec Judex eſſe in cauſa, cujus ante fuit patronus. *l. ult. C. d. adſeſſor. Brunnem. in l. 6. C. d. poſtul.* Imò planè incompatibilia

tibilia ſunt in eadem cauſa penes unam & eandem perſonam munus eſſe Judicis & Advocati. *Gratian. diſceptat. forenſ. c. 4. n. 7.*

XV.

ADvocatus præterea quando jura partium clarè & dextrè percepit, debet quoque in judicio ea clarè & dextrè, non obſcurè, confusè aut intricatè proponere, ne judici bilem moveat, eumque inani labore fatiget & litis protactionem & expenſarum cumulationem clientibus cauſet: ob hanc cauſam ineptum Advocati libellum Judex debet dentibus lacerare, *Iaſon. in l. 1. n. 4. ff. d. offic. Aſſeſſ.* & quomodo victoriam ſibi poteſt polliceri, ſi non fuerit ſollicitus de actionis genere & formula. *Carpz. Iuriſp. part. 1. C. 2. def. 19. n. 3.* Peccat, item, quando ob ſpem majoris præmii ditiorum cauſas melius & diligentius tractat, quàm pauperum, cùm horum cauſæ citius ſint expediendæ, ob majorem eorum favorem. *Majon. de rect. patrocin. rat. c. 59. n. 4.* Peccat etiam magnâ proterviâ, ſi in judicio erga perſonam Judicis indicenter ſe gerat: ut enim patris perſona filio, patroni liberto, ita Judicis Advocato debet eſſe honeſta & ſancta. *l. liberto ff. d. obſeq. par. & patron. præſt.* V. G. Si ex nimia familiaritate, quæ parit contemptum, aut nimia temeritate Judici modum quaſi ſententiam ferendi velit præſcribere. *Paul. Chriſtin. dec. cur. Belgic. Vol. 2. tit. 11. deciſ. 100. n. 2.* Aut ſi in ipſum Judicem, vel adverſarium collitigatorem aut ejus Advocatum convitiando licentiosè nimis invehatur: caninum hoc eſt vitium, rabularum forenſium proprium, Jure civili prohibitum. *l. 6. §. 1. C. de poſtul.* & *Ord. Cam. part. 1. tit. 23.* Von der Advocaten und Procuratoren Ampt vor Gerichte. *§. 1. junct. pr. & tit. 52. pr.* Von Straffe der Advocaten und Procuratoren. Cavillationes enim litem non expediunt ſed impediunt, dienen mehr zur Verbitterung der Partheyen/ als Beförderung der Recht-Sachen.

XVI.

NEc Judicem debet Advocatus falſis allegationibus & coloribus in ſuam pertrahere ſententiam, qui hoc conatur, proximo quod ſuum eſt, ſi non manibus attamen ſub juris velamine aufert, & ſic deterrimam furti ſpeciem committit, ſi ita victoriam adverſæ parti extorqueat ſub ſpecie recti, per fas & nefas. *Chriſtin. dec. Cur. Belg. vol. 2. deciſ. 99. num. 22.* Nec debet Advocatus Judicis integritatem donis ac muneribus corrumpere aut expugnare: grave enim peccatum eſt δωροληψία Judicum *Eſa. 12. 3. Exod. 23. 8. Deutet. 16. 19. c. 22. 25. Mich. 3. 11.* Quare in mala cauſa Judicem corrumpens, peccat in ſeipſum, quòd talem foveat cauſam; peccat in Judicem, quod eum corrumpit: peccat in adverſarium, quod eum ſuccumbere & condemnari faciat. Nec contra Judicis ſententiam frivolam debet interponere appellationem ſeu leuterationem, per quam nimium protelantur lites, teſte experientiâ, ſæpe ad novem inſtantias: quâ de re ipſe conqueritur Imperator in noviſſimo *R. I. de anno 1654* §. und nach dem 120. Ab hoc peccato Advocatos debere arcere Juramentum malitiæ, ne illis contingat, quod inſtante horâ mortis alicui contigiſſe ſcribit *Doring. tom. 1. Biblioth. Iuris conſult. v. Advocatus. num. 778.* qui ſine pœnitentia his verbis, *Appello, appello*, vitam cum morte commutavit: cùm tamen, ut in Cœnobio Carthuſianorum Coloniæ legitur, tunc;

Iudicabit Iudices Iudex generalis,
Ibi nil proderit dignitas Papalis,
Sive ſit Epiſcopus ſive Cardinalis,
Reus condemnabitur, nec dicetur qualis?
Ibi nil proderit quicquam allegare,
Neque quid excipere, neque replicare,
Nec ad Apoſtolicam ſedem appellare,
Neque Codicillos Cæſaris citare,
Reus condemnabitur nec dicetur quare?

Cogitate miſeri quid & quales eſtis?
Quid in hoc judicio dicere poteſtis?
Hic non erit Codici locus, nec digeſtis,
Idem erit Dominus, Iudex, Actor, teſtis.

XVII.

NOn debent quoque Advocati Clientes ſuos ad negandum inſtruere, etiam ea quæ illi ſemel fuêre confeſſi & quæ in actis & Protocollis jam notata reperiuntur: hanc malitiam eorum *Carpz.* vocat Diabolicam *libr. 3. Reſp. Elect. tit. 1. Reſp. 5. num. 40. & p. 1. Conſt. 1. def. 20. n. 4.* Quæ meretur pœnam & in falſi crimen incidit: *Si illud fateris,* dicunt; *perdis cauſam*: cùm potius dicere deberent, *ſi illud negabis, perdis animam*: non leviter peccant, ſi eos inſtruant ad tacendam veritatem. *Delrio lib. 5. Diſq. Mag. q. 38. Scacc. de commerc. & camb. 5. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 100. & ſeqq.* Non etiam debent nimia verboſitate ac inepta perplexitate Jura ſuorum proponere clientum, tædioſis repetitionibus chartas implere, ut ob majorem quaſi laborem pinguius honorarium exigant, aut multis aut parùm ad rem facientibus allegationibus eruditionem ſuam oſtendere, ut lis protrahatur, expenſæ cumulentur, aures & oculi Judicis offendantur: **Ja es kan zum öfftern kein Botte die Acta tragen / ſondern haben darbey zum fortbringen wohl eines Schubkarren nöhtig.** Hiſce Advocatis per præconem acclamandum, *Venite ad factum, curia ſatis intelligit jura*: & ſi non abſtinebunt à pompoſa & inani verboſitate, quæ nil prodeſt ad merita cauſæ, manet eos mulcta arbitraria interdictione Judicis præviâ ex officio. *Beſold. th. pr. verbo*: **Advocaten.**

XVIII.

IN defenſione reorum delinquentium defenſio ab Advocatis ita inſtituenda, ne pietas & ſancta ab iis violetur juſtitia, quod tunc maximè fit, ſi laborent variis technis & caute-

lis, ut famoſi latrones & doloſi homicidæ legum pœnas effugiant? aut ſi illorum proceſſus & cauſas per inanes ſubtilitates majoris lucri cauſa involvant ac protrahant; qui hoc faciunt, dicuntur, rechte Landſchänder/ ipſi enim Deo & Domino noſtro, innocentis ſanguinis effuſi ſeveriſſimo vindici in os contradicunt tales rabulæ. *Paris de Puteo tract. de Synd. rubr. de advoc. exec. n. 13. allegatus Struvio ad tit. ff. d. poſtul. th. 8.* Quando ergò Reip. intereſt, ut delicta manifeſta, notoria & indubitata ocius puniantur. *O. C. art. 16.* peccat Advocatus, qui criminoſum ut innocentem defendit, & Judex, qui frivolas & abſurdas exceptiones admittit: *Oldekop. Obſerv. crim. tit. 1. obſ. 10. n. 13* Non peccat qui, injuſtitiam cauſæ deprehendens, eam, etſi in litis progreſſu, deſerat, *Ameſ. de conſc. lib. 5. caſ. 54. n. 40. & ſeqq.* etſi ad finem litis usque operam ſe præſtiturum juramento promiſerit. *Treutl. Diſp 8. th. 3. lit. A. Scotan. ad ff tas. diſput. 17. th 9. Struv. ad ff. tit. de poſtul. th. 5.* cùm aliâs non ſit licitum tædio cauſæ vel clientuli paupertate, vel aliâ aliquâ non ſatis prægnanti de cauſa ſuſceptæ patrocinium deſerere, niſi ad intereſſe conveniri velit. *Franc. Marci deciſ. 464. n. 3. vol. 1.* Sicuti quoque non eſt licitum proceſſum protelare per ſuperfluarum dilationum petitionem, quæ propriè ars eſt procuratorum, in ſe pernitioſa & deteſtabilis, petere ſcilicet copiam & terminum ad informandum, cùm cliens informatione nullâ opus habeat. *Niſſenus*, Hiſpanus Theologus, pœnam putabat patibuli tolerabiliorem, quàm laxiorem proceſſus judiciarii tractum, intuitu lenti, diuturni & intolerabilis cruciatus, quem durante lite litigans proferre ſæpe cogitur. *Fritſch. in adv. pec. concl. 30. n. 3.* Poſſunt etiam graviſſimè peccare Advocati, ſi in infamiam, odium & detrimentum rei adverſarii omnia quoque modo torqueant, conquirant, effundant, odio vel alio affectu ducti. *Chemnit. p. 2. loc. comm. p. 138.* Vel ſi, quando

nul-

nullum eis debetur ſalarium, vel quando iniquum petitur, vel quando modicum quid honorarii præſtat, ſub hoc prætextu acta clientibus extradere recuſant. *Carpz. Iuriſpr. p. 2. C. 25. def. 23. n. 6.* Vel quando etiam ſacris diebus cum neglectu cultus divini litibus tractandis vacat; licèt enim in abſtinentia ab opere licito vel utili nulla ſit ſanctificatio, nec religio noſtra tempori alligetur, non tamen alicui licitum conſuetudinem introductam inter omnes Chriſtianos de vacationibus in die dominico ſeditioſe & cum tacita quaſi abnegatione reſurrectionis dominicæ impugnare aut negligere, cùm debeamus regnum Dei & juſtitiam ejus ante omnia quærere, Deum glorificare, ædificationi ſui & proximi incumbere, nec relinquere congregationes fidelium ad inflammationem charitatis: quare huic rei vacandum, & quantum poteſt, nos ad talem ſpeciem cultus & ædificationem noſtri & proximi nos paratos ſiſtere debemus. Vide *rever. mihi. ſemper Theologum. Ioh. Coccejum tract. de indagat. nat. Sabbati & quietis N. T. §. 27. 28.*

XIX.

QUia ſeculo hoc ſæpe contingit ut debita etiam liquidiſſima vel penitus negentur, vel ſolutio eorum per varias frivolas exceptiones protrahatur, quæritur, *an ob tale patrocinium non graviſſimè peccetur ab Advocatis?* quod affirmamus: *Syrac. c. 29. v. 2. Redde iterum proximo in tempore ſuo: ita Luth.* Das Anlehn gib wieder zur beſtimmten Zeit. *Pſal. 37. v. 21.* non erit ergo hæc gloria ſed maxima ignominia Advocati, ſich rühmen / daß keine Verſchreibung ſo ſtarck / dardurch ſie nicht ein Loch machen könten. Perinde ac ſi acta judicialia aut aulia literarum inſtrumenta delendo, radendo, mutilando vel alio modo corrupiſſet clandeſtinè: aut ſi viſis clientis ſui juribus, parti poſtea adverſæ patrocinentur atque ita prævaricationis crimen incurrant. *l. 1. ff. de prævaricat.*

l. 1. inf. ff. de calumn. l. 3. ff. d. crim. ſtellion. de quibus advocatis prævaricatoribus & eorum pœnis vide *pec. diſp. Dni.* Amerpohlen. Sed *licitumnè Advocatis ſuadere Clientibus ſuis in cauſis injuriarum injurianti nulla exhibere Chriſtianæ benevolentiæ ſigna, v. g. diſſuadere colloquia, converſationem, capitis nudationem, propinationem poculi &c.* ? R. Ego id nego; Diabolo enim ita anſa & occaſio datur hominem tentandi, cor ejus, ira, odio, acerbitate cum ſummo animæ periculo inflammandi *Balduin caſ. conſc. lib. 2. c. 12. caſ. 4.* Auctor des Bedenckens / was von dem Mißbrauch des Rechts Proceſſ. dieſer Zeit zu halten *cap. 2. § 27.* Wann die Advocaten in vorigen Zeiten bey den Schul-Lehren in ſolcher Meinung geweſen / und den Klägern das Grüſſen und Dancken verbotten / iſts ſo ſehr nicht zuverwundern / in Betrachtung deſſen / daß die Scolatici ſelbſt dazumahl zu ſolchen Wercken / mit ihrer Lehre Anleitung gegeben / wie davon in ihren commentis hin und wieder zu leſen; Aber von unſern itzigen Advocaten iſts mehr dann zu viel. Ich hätte es faſt nie geglaubet / daß heutiges Tags bey ſo klarem Licht des Evangelii ein Advocat ſo alber und einfältig ſeyn ſolle / wann ichs nicht ſelbſt erfahren von meinem guten Freunde / dem ſein Advocat dergleichen Raht gegeben / er ſolte ſeinem Widerſacher nicht dancken / wann er von ihme gegrüſſet würde; rc. Sed quorſum me abripiunt vitia & peccata rabularū? Contra cordatos & Chriſtianos nil hîc dictum vel ſcriptum volo, quibus pietas cordi quæ caput eſt omnium virtutum, quæ mores cum ingenio format, domat cupidines & exſultantes animi motus; hañc qui ſequitur ut Theſeium filum, ab erroribus hiſce tutus eſt? qui negligit, nil Chriſtiani Advocati vel hominis habet: hæc frœnum & remora inter tot vaga & vana, quæ, ubi quæ allubeſcunt aut invitant, animum nimis præcipitem retinet ac ſiſtit, ſicut plauſtrum in præcipiti aut declivi funis.

JU-

JUDICIUM DEFENSIVUM
IN
ERRONEAM MALEQUE FORMATAM
NUPERRIME EDITAM
DE
NEQUITIIS ADVOCATORUM
DISPUTATIONEM
TRADIT
FRANCISCUS CLIENS.
J. N. D.

ERudito haud ita pridem exhibita parùm edocta diſputationis cujusdam Rubrica, orbi, De Nequitia Advocatorum, Vulg. Von Tücken und Bubenſtücken der Advocaten. Non reſpuit quidem pagina Autoris nomen, ſi quod verè eſt, oſtendere; mirum tamen virum huncce de Academicis literis, cathedralique jurisprudentia aliàs bene meritum, *Frivola* illa inſcriptione defenſam ſuam hactenus Authoritatem conſpurcare: Verùm cùm Hic erret & tam forum, quàm praxin, & Advocaturã ignoret, Jſt dem guten Domino leicht zu verzeihen. Indignus certè labor, Hujus, ulla quadã reprehenſione ſiquidem in ſeſe reprehenſibilis, ſuaque ſponte cadit; neque etiam hactenus ab ullo quopiam Advocato Hujus laboris ratio habita fuit: Ad terendum autem temporis

tædium,paucula quædam adducenda Cliens quidam,ne Hic rem ſeſe bene geſſiſſe vanam ſibi gloriam effabricare poſſit, neceſſe duxit. Sat excuſandum putat Hic Bonus, in odium Advocatorũ Hahnianus, exſcriptor, dum nec ſe de German. Hiſpan. Batav. Angl. Gall. neque etiam Marburg. Advocatis,ſed de Rabulis forenſibus,ſentire ait, quo ipſo malè correſpondentem Nigro Rubricam, non dicam ignoranter, prodit: cùm ſcire Hic debet, aut ſaltem ſcire debuiſſet; Advocatorum nomine indignos ſemper fuiſſe & adhuc eſſe, Rabulas forenſes: Nec quicquam proteſtatione ſuâ,cùm actui ſit contraria, faciente, *text. in c.9. x. de conſt. ibique gloſ. in verb. ſine præjud. add. cap. 54. x. de app. gloſſ fin. ibid. cap. 20. x. de cenſ. gloſ. ibid. in verb. proteſtatus. Vid. Felin. in cap. 7. x. de Conſtit. n. 26.* ibi dicit, quòd in re facta, verborum artes, vel ſimulatæ proteſtationes nihil proſint. *Iaſon. in l. ff. Quod quisque jur. &c. n. 3. & 5.* ubi ſic: quando actus eſt Potentior proteſtatione, quòd tunc nihil relevet facta proteſtatio. Sic etiam in præſenti hac injuria, cùm proteſtationi contraria ſit, conſequens eſt nullius momenti proteſtationem hanc eſſe, *Add. Schn. § 1. inſt. de injur. n. 8. Vid. Gail. 2. O. 101. n. 3.* Malè ergò. Decantata aliàs *in l. 14. c. de Advocat. diverſ. judicior.* Æterna laus eſt, Advocatorum, ac officium Advocationis non minus vitæ humanæ neceſſarium, quàm ipſa militia armata; per text. hunc elegantem, & à togatis albo lapillo notandum, ut dicit *Germ. ICtus Andr. Gail. lib. 1. obſ. 43. n. 4.* & meliùs cultor Hic juris malè applicativi feciſſet ſi in hac, ſaltem pro virili enodanda, cerebrum ipſius fuiſſet occupatum, quàm ut illoto calamo, infirmum ſuum ac debile, minimeque excultum, ad ignominiam Saltem Scopum habens judicium, ſtylo vel *Holt.* vel *W*oltermanniano, (*non enim inter W. & H. magna eſt differentia*) adhibere hîc voluerit. Gratus Hic aliàs Muſarum juridicarum Hoſpes, ad veros bonos Chriſtianoſque Advocatos

tus d. l. 14. & rectè, trahit; Quaſi autem adhuc temporis non ſint Chriſtiani Advocati, ſed omnes Rabulæ forenſes, & ideò atro Carbone notandi; An non hiſce temporibus ſunt Advocati, quia ambigua Cauſarum fata defenſionis ſuæ viribus tam in publicis quàm privatis rebus dirimunt, ac (ſecundum d. l. 14.) lapſa erigunt? Annon præſertim Hodiè in judiciis neceſſarium vitæ hominum Advocationis eſt officium? *l. 4. c. de Advoc. diverſ. judic.* An non Hi ſunt, qui ambiguas, ac nodoſas cauſas judici enodanter ad oculum, jura eò meliùs applicanda, proponunt? Author Hic quisquis tandem ſit, ſi ambiguam Cauſam ſuæ defenſionis viribus dirimere ac certum debitumq́ue genus actionis accōmmodare velit, DEUS bone unde ſumeremus panem in deſerto? *Ioh. 6. verſ 6. Marc. 8. verſ 4* meritò ergò præ aliis, (DISERTISSIMI) Advocati à juſt. *in l. 13 & alibi cap. de Advoc. diverſ. judic.* dicuntur.

HI VERI ſunt juſtitiæ Sacerdotes l. 1. §. 1 ff. de juſt. & jur. Hi ſunt qui in ſummis juſtitiæ Tribunalibus tanquam in Aras Magnis iſtius Antiſtitibus, cauſas dijudicandas proponunt immolantque quaſi; Hi ſunt qui juſtitiam colunt, æqui bonique notitiam profitentur: §. 1. *Hi ſunt non ſimulatam S. Cathedralem, quæ ſit ſub Nube: Klein. in præc. p. m 339.* & quæ ex habitu ipſo Prallio & barba. cognoſcitur Gothof. *in not. add.* §. 1. *l. g.* [*Sed veram & Sanctiſſimam Philoſophiam affectantes. S. d. §. c. l. 1. §. 5. ff. de var. & extr. cogn. Hi tandem ſunt ex quibus pulcherrima ſpes elucet, gubernari Rempubl. poſſe. §. fin. præm. juſt.* Deſiſte ergo Vipera immortalem adverſus hanc laudem, amplius Sibilare.

Conqueritur autem n. 2. bonus Hic dormitans Homeorus, etiam illiteratos indoctosq́ue contra *l. 11. §. 1. c. de Advoc. diverſ. judicior. & ord. Pol. de anno 1612.* admitti; Verum quidem eſt afferre debere Advocatum, juris peritorum teſtimonium, de artis ſuæ peritia, adeò, ut Doctores juratò ſub geſtorum

rum teſtificatione depromant, eſſe eum qui conſortio vel Doctorum, vel Advocatorum, adrogari vult, juris peritia inſtructum, *p. d. l. 11. §. 1. C. De Advoc. div. judicior.* Sed hæc vel partim alia obſervantia, in judiciis quamvis non bona, excuſantur, *Brunn. ad d. l. 11. S. 1.* vel partim taleis in bene conſtitutis judiciis, non admittuntur. uti non eſt novum. Quid autem cauſæ ſit, quosdam imperitos vel eſſe, ut v. g. in cauſa mutui, actionem ex credito inſtituant; Vel etiam è cathedra Academica proſilire, in puncto v. g. Retractus venditorem convenientes, aliaque ex re ipſis incognita proferentes, atque ſic ex imperitia cauſas amittentes?

Autor Hic Cauſam in mala informatione Hypodidaſcalorum quorundam, quos ita appellat, ponit quo, non obſcurè tamen innuens Marburgenſes muſas in inculcandis juridicis cupidæ legum juventuti, literis, ſummè eſſe vigilantiores, è contra autem, aliis in Academiis, alto ſomno ſepultas, ideoque ibidem graduum Academicorum fieret redemptio; Et v. g. Marburgi (ut ipſe loquitur) multos videri imperfectos ſcientia, quos alibi perfectos effecit pecunia. Et (uti abſurdè pergit) ille qui erat. Aſinus alibi fieret Equus, per ſubitam metamorphoſin. Verùm quicquid inſulſè Hic dicat indubium eſt privatos nonnullos Dd. quos ſaltem invidia à Profeſſorum numero nomineque arcet, deprehendi, ipſismet titulotenus Profeſſoribus, multis in inſtilllandis juridicarum muſarum initiis, paraſangis præcurrentes, inſuper juris vaſto in campo verſantibus, quomodo applicatio Hujus ad caſum propoſitum fieri poſſit judicia inſtituenda: Cauſæ in illo cognoſcendæ in cauſis tam ſimplicis quærelæ quàm per modum Appellationis, ſit procedendum. Libellus tam ſimplex, quàm articulatus formandus. Deque Duplici poſſeſſorio ejusque Differentia atque proceſſu litigioſæ poſſeſſionis: Oſtendentes; Annè ſtatim abjecto Calamo Hi notandi? pepo-
nem

em certè pro capite habet, & Anticyras navigat, hoc faci-
s: Undique notum eſt, juridicum ſtudium practicum eſſe,
commodationem ad actiones civiles intendens, adeoque
bitus practicus dicitur: Hinc ad ſolidam juris cognitio-
m, practicam exercitationem ſummè neceſſariam du-
nt: ipſo etiam Imperatore *in §. pen. Inſt. de Satisd.* monen-
ſiquidem omnia apertius & perfectius à quotidiano judiciorum
, ac in ipſis rerum documentis apparent, d. §. pen. Nam quod
citur Theoricè, illud ſub Nube quaſi dicitur: Ut enim ars
è uſu, fructus & utilitatis expers eſt, ita & uſus ſine arte
ncus eſt & imperfectus, ut dicit *Thom. de mod. diſc. jur.*
a finem, verſ. eam verò ad rem. Add Bald. in c. cum cauſam.
rob. n. 2. Sed quis multis in Academiis Profeſſorum, pra-
cum Theoria conjungit, vel quis Horum, cauſas in judi-
tractandas docet? Sanè multi ſunt, qui vel ſupplicam ca-
que rectè formare ignorant, ne dicam debitam actio-
n in caſu quopiam inſtituere nonnunquam etiam inter-
toria exhibent antequam *teſtes* ſint nominati, & produ-
Adeo ut à dandis Reſponſis excuſandos ſe quidam deſi-
nt, impetratoque Reſcripto ſeſe excuſant; An Acade-
bono, nemo fortè affirmare annititur. Adducit alias
eſſorum horum JCtorum non ita pridem Sydus, ac Juſti-
æ Cathedræ temporis ſui indefeſſus Cultor. J K. viri-
Scilicet (liceat mihi uti hujus piè defuncti viri verbis)
octi planeque homines inepti, Collegiorum Cathedras publi-
o invadant ſæpius, & nunc nimis indulgens pater bardum
, nunc ſuum Cognatum Conſanguineum vel affinem Aſinum,
alii mox aliis Charitatibus artibusque decepti, alia manci-
r sudant; Vt interim de filiabus nihil dicamus, quas iſtis ec-
bus elocari promptum eſt. Hæc ille: Et non iniquus fortè
in Pr. jur. p. m. 405. n. 6. Quo poſteriori hocce nihil, uti
unt tempora, frequentius: Neque etiam M. ita edoctos

 undi-

undiquaque peritos literatorum orbi tradit Muſarum alumnos,ut alibi ſtudiorum ſuorum, alii emendicata, [ut loquitur Vanè Hic] habeant alii teſtimonia : Exempla, (*quamvis ut plurimum Dicantur odioſa*) *cap.3. inf. x. de cogn. Spirit.* & communiter propter aliquid omittitur. *d.c.3.* ſanè docent, quod in corruptis hiſce ſeculis, corruptè etiam procedatur: Adduci enim vix poſſum,ut ibidem credam,qui Accipimus & mittimus , recuſent: Tranſeant ergò illorum fumoſæ præſumptiones.

Sed eſtne nequitiæ annumerandum, ſi Profeſſor quidam novis juris Hoſpitibus, ſub fide promittit, intra anni ſpacium Collegium ſeſe abſoluturum , cumque in Finem ab ipſis initialibus lectionibus. 100. Thal. dim. Reliq. verò media lectione, accepturus, Hic autem ſubinde lectiones procraſtinans, tædio identidem retardatæ lectionis illos ita afficit, ut defatigati partim ſolum ac Academiam mutare, vel partim, ſummo ſui malo,parentumque illorum ſæpe cum ruina,lectiones haſce expectare,cogantur ? Annon (inquam) ſit hoc vitium vel Nequitia ? Nemo mea ſententia naturale lumen habens erit,qui Affirmantibus calculum ſuum addere deneget. Quæ quæſo deteſtanda prolixitas eſt in multis Academiis, ac ibidem Profeſſoribus praxin ignorantibus; Cui vel eſui vel uſui extincta jam Roma de Roman. Senat. deque illorũ officio, *Sc. Præſ. Prat. Præſ. Vrb. Quæſt. Præf. Vig. Proconſ. Leg. Præſ. Aug. &c. &c. De quibus ff. & C. doctrina.* Quid ad me vel ad te, Latinos vel Dedititios eſſe Libertos, Leges Fuſ. Canin. & Sent. Servor. Cogn. & Stat. Liber. noſſe ? Quibus antiquitatibus Tyronum in Academia ætas conſumitur, parentumque loculi exhauriuntur. Nonne ſatius eſſet, cupidæ legum juventuti, juris applicationem, caſus formando actionesque inſtituendo, oſtendere ? Nonne illi ex hac inutili multitudine ac rerum varietate inani animos ſtudioſorum onerant, ac duorum

m alterum aut deſertores ſtudiorum ex hocce, efficiunt, t cum magno labore, ſæpè etiam cum diffidentia, (quæ tumque juvenes avertit) ſerius ad id, ad quod, leviore via cti, ſine magno labore, ſineque ulla diffidentia maturius duci juvenes potuiſſent, perducunt, ut monet ipſe *Imperat.* *in. in* §. *2. Inſt. de juſt. & jur.* Quis vel micam ſcientiæ ac ctrinæ, Academiæ civibus de *Noviſſ. jure Receſſ. Capitular.* *ib. ſtat. Aur. Bull.* accommodat? Rariſſima certè talis eſt s, fruſtrà tamen hodiè communiter exſpectatur; Siquin ut plurimum recenter nati Doctorelli, (welche uff ncher Univerſität ſo häuffig gemacht werden/ und bey enten herauß kommen / als die Nürnberger Taſchenſſer.) Secundum ſuperius ex prælaudato p. m. JCto, mulharitatum modis, Cathedram Profeſſoriam aſcendunt: *tal. 2.* §. *16. C. de jur. Vet. Enucl.* multis inutilibus aures juum prægravantes. Laudandi certè & ſummè honoranrofeſſores, ſi laudabilem in ſe probis moribus eſſe vitam aſtraverint, ſi peritiam docendi facundiam dicendi, ſubtiem interpretandi, accedente etiam cœtu ampliſſimo, hoc cante, digni fuerint æſtimati, quemadmodum hæc oa requiruntur *in l. un. C. de Profeſſ. qui in Vrb. Conſt. &c.* dicam de viginti annorum ſedulo labore *per d. l. Vn.* Vehæc omnia olim fuere. Hodierna autem luce, *dignus & gnus ablativos ſimpliciter adſciſcunt.* Annon talis juveparentibus, illos pecunia ſua frivolè defraudans, teneaNon dubito; imperitia ſiquidem culpæ annumeratur; non affectare quis debet id, in quo ſcit vel ſcire debet, ritiam ſuam aliis eſſe damnoſam *l. 8.* §. *1. ff. Ad Leg. Aquil.* mvis autem hæc ita ſint, mihi tamen tanquam privato eritur nec metitur: Et Sanctiſſimæ mihi ſemper ſunt ſſorum perſonæ, ſummaque Reverentia latera illorum ector. Juſta hoc ſaltem animi commotione intuens

Huncce,ſupremi, totoque orbe celebratiſſimi Spirenſis judicii Advocatorum (quorum nonnulli à Conſiliis magnorum nonnullorum Germaniæ Principum ſunt) Autoritatem, vili calamo proſcindere, protervaque hac ac inſulſa Rubrica, Contaminare, haud erubeſcere, Fronteque carere. Sed tamen ulterius: Ex hoc Profeſſorum quorundam mala & non intellecta juridicarum rerum informatione, Fluit & hoc vitium ſive,ut ita dicam, Nequitia,ut talis à talibus in Academica Cathedra modò genitus Doctor praxin in Foro Salutans, omnino ignoret, cauſam quandam defendendam planè injuſtam vel non, eſſe.

Non enim eruditus Advocatus ſufficientem cauſæ alicujus cognitionem habens, illamque omninò injuſtam ſentiens hanc ſuſcipit: Diſtingui tamen benè poteſt in cauſa litigioſa ſimpliciter & planè injuſta, ac quam nullo juris remedio in planum deducere poteſt; & in illa, quæ primo quidem intuitu injuſta videtur, & quaſi lapſa, hanc autem Advocatus per *d.l.14.* Suæ defenſionis Viribus, erigit, Nequitiæ ſit ſtatim inſimulandus; Nemo hoc certè niſi peponem pro Capite habens, affirmabit; Quamvis Hic N. 4. Suæ Diſp. nulla ratione contradicat: Neque hic dictum *Eſai: c. 5. verſ. 20.* ſano ſenſu accommodari poteſt: Quaſi in ſimili cauſa de juris quopiam Reſponſo ad falſam alicujus narrationem impetrato,idem aſſerere proni eſſemus, Quod cordatus Advocatus partes ad litigandum inducere, ac incitare, (præſertim in cauſa deſperati remedii) & in dubia â tranſactione præſente, abſtrahere, uti Hic n. 5. Vanè loquitur, nemo inquam cordatus dicere audet; Laudabilius enim Advocatorum eſt officium atque honorabilius, quam ut inſulſis hujusmodi blatterationibus in illos invehatur: Neque etiam ſtatim nequitioſus (ex falſo Diſputat: ſententia, dicendus, ſi tranſactionem parti ſuæ videat, vel in principio, vel ex conſequen-

equentia, damnoſam, ſuum Principalem, juramento ſuo, krafft ſeines Advocaten-Ayds (ſeiner Parthey treulich und nach beſtem vermögen zu dienen / deren Schaden zu warnen ꝛc.) Motus ab ea abſtrahere, avocareque, hoc præertim accedente, quod Advocatus in omnes facti circumantias accuratè inquirere, atque examinare debeat, ut latè ommonſtrat *Seculi ſui ICtorum Princeps Herman. Vult. Marurg. Muſar. Antiſtes Celeber. in tract. de jud. lib. 2. c. 4. n. 45.* bsque culpa ergò Advocatus partem ſuam detrahere poſt. Pergit hic, dubium eſſe litis eventum; quod & *ex l. 51. ff. pecul.* indubium eſt, exindè etiam proniorem ad tranſiendum debere eſſe Advocatum, hic putat, dummodo taen hoc fiat minima partium læſione.

Quærit hic, an bonus Advocatus in cauſa injuſta Clienm ad tranſactionem inducere poſſit? Negat hoc, adducens o ſe *Struv. ad tit. ff. de transact. in fin.* Verum, id ſummus Author ad *tit. ff. de Poſtul. n. 5. in fin.* Hoc dicit, nihil er- ex falſis allegationibus Capi n lum neque etiam Profeſſo- eſt, falſam allegare Scripturam, quamvis ſint, *Bona fide* les allegantes: Quicquid tamèn ſit, nulla cum injuria coneritur talis, non bonam fovere cauſam adverſarium ſciens, tamen tranſactionem iniens, ſiquidem damnum, quod s ſua culpa ſentit, ſentire non videtur; *per vulg.* adeoque excuſandus: Nec etiam inſimulandus Advocatus, dum culo juramenti obſtrictus ſuo conſilio Clienti adſit, quo citius lites dirimantur, *& alias melius eſt habere reculam m expectare rem litigioſam*, tum etiam, quod nulla ſit fraus, que dolus id quod cum adverſarii voluntate fit; Velle m hoc creditur.

Accedit hic ad n. 7. ibique pleno ore Nequitiam clamitat, rima ſuſcipere cauſarum patrocinia, quod multis obeunſufficere nequeat: Verum cum hic planè Proceſſum

 negli-

negligat, non dicam ignoret, nec vel procurando, vel Advocando unquam in judicio conſtitutus, atque ſit Hoſpes. Quomodo hic de multitudine Cauſarum à Patronis ſufficientiſſimè obſervanda, inſubvertibile judicium orbi literatorio exhibere velit, non video: Multi certè in noſtris judiciis deprehenduntur Advocati, plurima Patrocinia cum laude & ulla absque ſiniſtra nota, foventes; *Vanum ergò & falſum hoc.* Haud negandum quidem, cauſam litium protelationis Advocatis vulgus transſcribere, indeque effundere in illos vituperia: Sed tamèn magna cum injuria, cum teſte experientia ſæpiſſimè litigantes ipſæ partes ſivè agentes, ſive conventæ, ſic litem tractare ſolent, quaſi nihil ad eos pertineat, nihilo magis à cæteris ſuis rebus abſtrahi ſeſe patiantur, ſat citò liti ſeſe adfuturos arbitrati, ad alia interim animos, intentionesque ſuas convertentes negotia ideoque in cauſa ſunt; quo vero caſu injuria certè eſſet, Advocatum nequitia afficere, *vid. Brunn. Proc. Civ. cap. 1. n. 65.* quod etiam ſæpiſſimè evenit, in terminis præfixis, dum partes litigantes non comparent; Advocatos interim ſuos fruſtranea exſpectantia ſuſpendentes: Uti in praxi verſantibus notiſſimum: Atque ut plurimum etiam Profeſſoribus in lectionibus publicis ſtudioſos ſuos vana ſua præſentia lactantes ac fruſtrantes, non incognitum. Illos hoc modo ut plurimum ſtudiorum ſuorum cum diffidentia, ac deſperatione, deſertores efficientes, *ſec. ſup. trad. §. 2. inſt. de juſt. & jur.* Annon & talis operæ ſuæ jam ſtudioſis obligatæ, quaſi furtum committit? Uti hic d. n. 7. Fatetur. Anne Nequitiæ notam effugere poteſt nimia & ad multos annos in Accademiis nonnullis ibidemque Conſiſtoriis, (præſertim ſi cauſarum multitudo ibi non ſit,) Spirantium, & vix exſpirantium litium protractio? Vix credendum: Quot quæſo querelæ hac de re à partibus non audiuntur? Quòt litigantium ſuſpiria non effunduntur? Hoc tamen Solamen

n nonnunquam à Miſeris litigantibus auditur, daß die
he zu beſcheid lige/ man könte ſich nur wegen deſſelben
t vergleichen: Non dicendum jam von denen einzuho-
en Reſpon ſis, worüber mancher Botte/ in einer gerin-
Sache/ wol 6. bis 8. Wochen ſich ufhalten / und darü-
as ſeine verzehren / auch endlich im rückgehen panem
ter Deum gar machen muß. Cauſam hujus rei qui-
in ignorantia proceſſus, & quomodo cauſæ ſufficienter
Cognoſcendæ, ponunt. Non jam dicam de inexcuſabi-
is alicujus textus, & inutilis explanationis ejus protra-
ne, da mancher ein gantz Jahr über einem ſolchen tex-
bringet; Cum magno Auditorum tædio ac detrimen-
Jener Theologiæ Prof. Thomas Haſelbach laſe pu-
gantzer 22. Jahr über das erſte Capitul des Prophe-
Eſaiæ und brachte doch ſelbiges gleichwohl nicht zum
; Æn. Sylv. Epiſt. 165. Der muß ein feiner lehrer ge-
n ſeyn.

dducit hic n. 8. pactum de quota litis Advocati cum
nte: Atq; iſtud ad Nequitiam vocat; Verum, ajunt pro-
tum hoc neque admiſſibile. Nec bonus ac Chriſtianus
ocatus, contra ſuum juramentum (gegen ſeinen Advo-
n Eyd) hoc init. attamen hoc non ita craſſa Minerva eſt
piendum; Quid enim, ſi non ſit grave litigatoris da-
m; Ut loquitur textus *in l. 5. Cod. de poſtul.* Siquidem ex
ica parte non videtur litigatoris grave damnum ſequi.
d ſuſtinet *Bart. in d. l. 5. Cod. de poſt.* Quid ſi lite jam fini-
ctum fiat. Nam lite jam finita prohibitum non eſſe de
ta litis pactum, dicit *Farinac. inq. 106. n. 50.* quamvis hic
trarium dicat h. n. *& Brunn. tract. de ceſſ. act. pag. m. 121.*
ult pro hoc aliud dicendum eſſe: Nam (inquit) quomo-
te finita dici poſſum paciſci de quota litis, ubi lis non eſt?
l. l. Quicquid ſit, ſi tamen Advocatus à Cliente quopi-
am,

am, & ex ejus liberalitate aliquid capiat, quare recuſare velit; Cum bonos ac eruditos Advocatos Principalibus præmiis remunerari oportet. *l. 4. C. de Adv. diverſ. judicum.*

Cæterum quod hic *n. 9. de Vul. l. 22. & 23.* C. Mand. affert non tantum Advocatos, ſed & omnes alienarum litium redemptores, partim lucri ſui cauſa, partim ut difficilem conventionem adverſæ parti conſtituant, hoc practicantes tangit: Neque hic neceſſè haberet ipſis Advocatis hoc cum injuria tamèn, injungere, cum & in aliis Profeſſionibus uſuraria harum legum practica, non careret Exemplis; *Quæ tamèn ut plurimum ſunt odioſa.* Non tamèn Hæc omnia invidioſo ergà Advocatos Calamo, ſunt tangenda; Nam ſi *Franc. Sal gad. de Semoz. in tract. de Labyr. inth. credit. p. 1. c. 13. § 2. n. 25. & ſeqq.* ſequamur; habet hæc lex locum tantùm in nominibus incertis ac dubiis: Et ſi Advocatus incertam ac dubitatam actionem habeat: Ceſſetque in ipſo fraus & animus vexandi debitorem, Ceſſare quoque in ipſo prohibitionem harum legum, ait: Quod idem ferè ſequitur *Car. Molin. tract. de contract. uſurar. quæſt. 26.* Adducente illos *Brunn. in d. tract. de Ceſſ. act. Cap. 1. n. 50.* Ad quos brevitatis ſtudio me remitto. Neque ulteriora (quamvis poſſim.) facio.

Tribuit autem hic n. 10. non majus Salarium Advocato, quam ſit meritus: Verum ſcire debet, in benè ordinatis judiciis, Ordinationes circa Advocatorum ſalaria plerumque vigere, hæcque ex fori conſuetudine ipſis eſſe exſolvenda, & quilibet contentus hocce Conſtituto eſſe poteſt, neque ultra id quicquam exigitur: Und iſt ein jedweder mit dem/ was die Cantzley-Ordnug mit ſich führet/ zufrieden.

Quamquam duplex Salarium benè exigere ac petere poſſint, cum non tantùm Advocatorum ſed & Procuratorum munere funguntur; Rectè ergò (ut dictum) & inculpate utriusque muneris nomine ſalaria exigunt, atque exacta de-

te recipiunt,*per l.14. C.de Erog. milit. ann. add. Gail. lib.1.*
44. n. 8. Nam qui Duplici officio ex legis, ſtatuti, vel ſu-
ris permiſſione, uti in Noſtr. judic. utitur, pro utroque
ium habere debet, id. d. l. Siquidem etiam hodie Ad-
ti & Procuratores eodem Honoris & laudis titulo gau-
, quod & judiciis Cognitum. Si autem pro facundia e-
nda ſint Salaria (ut Hic hoc n. dicit) certe & Cathedræ
vientibus pro facundia diſtribuenda, ubi tamen ple-
que maximus, & facundiæ, & ſcientiæ eſt defectus, aliis
e ordinem neque modum diſputandi ſcientibus: Sunt
n Profeſſores, O tempora! O mores!
autem ſecundum Hujus cerebrum, peccatum ſit in
cato, ſi in bona cauſa fallaciis ac fraude utatur? Nec
Credendum puto, Advocatus enim juſtam cauſam fo-
dverſarium ſuum Convincere fraude, fallacia, adeoque
cumbat circumvenire poteſt, ut loquitur ſummus ille
cus *Mynſ. 3. Obſ. 6. cum ibid. alleg. Dd.* Quod certè & jus
admittit: quem enim fugit, extenuatione ad cauſam
endam Advocatum uti poſſe? *c. 4. q. 4. c. 1.* ſi ergò falla-
id, & fraude utatur, imputandum hoc ei eſſe, nemo af-
bit, neque hoc peccatum cenſetur, *arg. d. c. 4. q. 4. c. 1.*
tiam laudat *ſup. all. Mynſ. d. l.* textibus ab Hoc & Au-
is in contrarium allegatis nec quicquam facientibus.
rgò Dominus.
enam autem illa Myſteria, ad injuriosè Advocatis in-
n Nequitiam tendentia, ſint, *hoc n. 12.* non, ſed hoc vi-
od Hic modum peccandi commonſtrans, & Scanda-
de facili ex Probo, improbum Advocatum reddere
und ſolte man wohl / wo dieſer ein ſolcher ſeinen
ns nach wäre / ſtattliche Finten von ſelbigem hören.
en qui ſit, quilibet Cordatus Advocatus ſupremæ ani-
ſalutis haud immemor, Advocatorio ſuo juramento

E licet

liceſ non adhibito, contra ſuam Conſcientiam quicquam agere velle, non verè dicitur, nec etiam creditur.

Quod autem Advocati ſit, non ſtatim ad proceſſum Cauſam deducere, uti Hic Cantat, Verum perſe eſt, & alias Cauſæ facilioris deciſionis eò non trahuntur; Notiſſimum eſt, Advocatum omnes facti Circumſtantias, Videlicet, rerum, Perſonarum, Loci, temporis, & ſimiles, inquirere debere; inprimis autem illa perpendere debet, quæ ad ipſum cauſæ ſtatum pertinent; Cognoſcere enim debet ex facti qualitate, an ex contractu vel quaſi; Delicto vel quaſi, actio reſultet, & ſecundum hoc illam inſtituat, tum etiam requiſita Competentis illius actionis, Conſideret; alias in promptu eſt exceptio: tibi non competit actio, ſeu uti fori eſt obſervantia, non compentis actionis exceptio opponitur: In cauſis autem difficilis probationis, & quæ in continenti probari nequeunt, adeoque altioris ſunt indaginis, und welche natura ſua in denen gütlichen Verhören / nicht abgethan werden können / ſondern zur Außführung gehören / in iis ad proceſſum recurrere neceſſe eſt; Quod notum. Status ergò quæſtionem, & quæ ex facto quopiam oritur, und worauff die gantze Sache ankommt inquirere, atque indagare debet: Hac cognita, judicare poteſt, an fumi ſit venditor, (ut Hic loquitur) vel non; Sic v. g. Profeſſor quidam domi fovens vel affinem aliumve Cognatum, & propter *filiam* gratum, Vel etiam propter *Sctum Denarium*, chariſſimum alium; Huic ſub fide, intra triennium Doctorales honores ipſi imponendos, promittit, tempore hocce exacto, atque illo *in Phitagorica Schola* conſtituto, cupidus pecuniæ forſan Profeſſor, Cathedræ & Doctorum Cenſuræ hunc offert, qui non aliter niſi benè ſtans invenitur; Hic tandem non jure, ſed authoritate dignus putatur, indè tam Profeſſor, quam hic modo genitus, fumi venditores deprehenduntur & revera ſunt. Verum quidem eſt,

even-

eventum litis dubium eſſe *l. 51. ff. de pecul.* adeoque inter caſus fortuitos referri: Attamen Advocatus in cauſa quadam optimis juris textibus innitens, ſimulque probatos & in praxi receptos pro ſua ſententia habens Dd. Solchen fals iſt ja keine Sünde/ und eben nicht unrecht/ wann ſelbiger ſeinem Clienten einen guten Muht/ und daß er gut Recht vor ſich habe/ ein ſpricht. An talis fumi ſit venditor, nemo eſt, qui credit.

Cæterum non incognitum juri operam dantibus, compelli poſſe Advocatum miſerabilium perſonarum patrocinia in ſeſe recipere, non tantùm, ſed & ſi quis alius ſit, qui certis ex cauſis, vel ambitione adverſarii, vel metu patronum non invenit *l. 1. §. 4. ibique gl. in verb. ſi non habebunt. ff. de poſtul.* intelligendum tamen de pauperibus extrema paupertate laborantibus, & qui juramentum paupertatis, præſertim in Camera præſtiterunt. *Gail. 1. 43. n. 18.* Et hoc etiam in benè Ordinatis judiciis, in viva habetur obſervantia, ut gratis laborem pauperibus impertiri debeat, *Gail. 1. Obſ. 43. n. 16. Marant. p. 6. p. m. 244.* neque etiam Advocatus alicujus judicii detrectat munus hocce in ſeſe recipere; und müſſen es gemeiniglich denen armen Huhren umſonſt thun. Cum injuria ergò Hic hæc omnia adducit, & injurioſe nequitiam appellitat. Ejusdem farinæ etiam eſt, quod *d. h. n. 14. verſ. præterea.* Scilicet quod non poſſit eſſe judex in cauſa, in qua fuit Advocatus, monere ſibi perſuadeat, quaſi eruditi Advocati muneris ſui obliti cenſendi ſunt, und nicht wüſten/ wie ſie ſich ihren Pflichten und Cantzley-Ordnung gemäß verhalten ſolten: Tranſeat ergo hoc.

Quod Advocatus probè in cauſa quapiam proponenda informatus, illam quoque citra omnem confuſionem, cumulando ſc. actionum genera indebita Cognoſcendam adducere judici debeat, plusquam notiſſimum in foro Verſanti-

bus,quam in umbra conſtitutis, eſt: Advocatus enim in hoc ſollicitus eſt, ut debito actionis genere experiatur, alias à limine judicii protinus arcetur; Hoc modo: Wird Kläger ſeine action beſſer als noch beſchehen/beybringen/ſoll er damit gehöret werden/und ergehet alßdañ hieruff ferner was rechtens: Ut factum memini in näher Kauff-Sachen. Ubi venditor à quopiam M.L. Conveniebatur: Nec tamen Satis eſt legitimam inſtituere actionem, ſed antequam ad judicium deveniatur, hoc Conſiderandum, an ejus requiſita juſtè adſint, poſſintque adhiberi: Uti praxis quotidiana docet. Multa autem de concurſu & actionum cumulatione facere, non neceſſè duco, ſaltem hoc, ad forum Authorem remittere: Videre tamen licet, *Marp. Olim ICtorum Sydus, Ioh. Vult. tract. de judic. lib. 2. c. 4. Gail. 10. obſ. 63. ubi num. 3.* obiter dicit? Quod plures actiones in uno libello accumulari queant, etiamſi ad invicem ſeſe non competiantur, quoties actor probabiliter de genere actionis dubitat, ſive dubium illud ex facto proprio, ſivè ex alieno procedat. Si autem aliquis in Libello petat, Titium v.g. puniri, atque ad rei reſtitutionem condemnari, non Cenſetur Advocatus agere per hoc, atque principaliter, quia utrumque copulat, ſed ſalvatur libellus, nec dentibus lacerandus, & agere cenſetur principaliter ad pœnam, & conſequenter ad rei reſtitutionem, *ut not. Bart. ad l. 26. §. 1. ff. de furt.* magnus enim eſt favor libellorum, & verba illorum pro ipſorum ſuſtentatione, potius impropriantur, quam libellus propterea vitiaretur, dum tamèn intentio actoris intelligatur, neque nimis remota ſit impropriatio, *Schn. ad § 28. inſt. de act loc. 1. 12. Marant. Spec. Aur p. 4. diſt. 1. n. 30.* Quæ autem hic ulterius ſub h. n. profert, pertinent ad Reſpectum ab Advocato judici offerendum: Et hoc non tantum in judicio, ſed & extra illud facit. Nec etiam patitur judex inter contrarios in cauſa Advocatos, ſeu partes collitigantes

inju-

injurioſo calamo procedere: Sed plerumque facta inhibitione interdicitur: Haud opus ergò fuiſſet, multas ea de re conſerere ergà illos cavillationes: Si verò Advocatus quiſpiam cauſas coram Academico ſenatu ac judice pertractandas haberet, & allegationibus ſuis in judicio ex praxi quidem non conſuetis, perſuaſum tamèn illum, ut Advocatus, faciat, atque in partem ſuam traheret, an judici potius quam Advocato ſit hoc imputandum? Non credendum videtur, nam in judice præſumitur ſcientia. Salem enim ſcientiæ habere debet, *ut loq. Bald. in l. 2. C. de ſent. ex &c.* Et cuncta rimari, ordinemque rerum plena inquiſitione diſcutere oportet, *c. 11. c. 30. q. 5.* tum etiam pro habenda veritate, omnibus modis laborare debet, *Gail. 1. obſ. 108.* Si igitur talis, non dicam per imperitiam, malè judicaret, utique parti læſæ tenetur, in quantum ſcil. religioni judicantis æquum videtur *Vid. pr. inſt. de oblig. quæ ex quaſ. del. naſc. ibique Schn. n. 15.* peccat enim ex imperitia quæ culpæ annumeratur *l. 132. ff. de Reg. jur. Schn. ad § 32. inſt. de act. n. 3.* Neque etiam Advocatus quicquam facere poteſt, judici aliquid offerens, ſi quidem in judice conſiſtit, corrumpi donis ſi ſe patiatur, ad quod etiam *alleg. tex. Exod. 23. 8. Deut. 16. v. 19.* collimant, cum injuria autem hîc ad Advocatum detorqueri volunt.

An autem, ſi quis v. g. ſtudioſus in prava ac relegationem concernente cauſa, judici ſuo pretioſum quid dono dederit, ut pœnam evitet, in judicem ſuum peccet? Haud adeò à vero abluderet, affirmativè dicens, verum cum hæc plerumque in occulto fiant, & occulta quidem donatio ſuſpicione nec careat, nec valeat, *Cap. Unic. x. ut Eccleſ. benef. &c Verſ. porro.* Tamèn de his Eccleſia non judicat, *c. 34. X. de ſimon. d. c. un.* Cæterum ſi quæ putat Advocatus habere legitima gravamina appellationis, non video quomodo, ea intentione ut jura partium obſervare velit, ab appellationis via, ſit repellendus:

 haud

haud enim frivolam hoc modo interponit appellationem; Sed Clientis ſui bono: Quamvis Hic ſuo modo oggranniat: cæterum damnat hic ob id Advocatos Clientes ſuos id negare, quod Protocolla oſtendunt, adeoq́ue in propatulo ſunt: Nemo enim perfrictæ adeò erit frontis; Nec ullum demonſtrandum erit exemplum. Neq́ue etiam probari unquam poteſt, hoc autem in judiciis notiſſimum eſt; Actorem probandi onere onuſtum eſſe, *Vulg. l. 4. C. de Ed.* Adeò, ut etiam ſi Reus expreſsè in ſe probationem ſuæ exceptionis recepiſſet, nec probaſſet, ipſe ſit abſolvendus, *d. l. 4 Schn. Inſt. de Rei Vind. n. 68. 69.* Hoc enim firmo, non neceſſe habet reus ultro confiteri. Siquidem factum ab actore eſſet probandum, *per jur. ſup. alleg.* Neq́ue ob id malitiæ inſimulandus Advocatus, Conſilio ſuo hoc modo reo adeſſe, ne negotium ſibimet veritatem ultrò revelando, faceſſat, cum hoc caſu injuriam ſibi faceret, ac in ſeipſum crudelis eſſet: Verum quidem eſt, quod hic ulterius *d. n. 7.* profert: Advocatum nimia verboſitate Clientum ſuorum jura proponere non debere; Attamèn cauſæ neceſſitate expoſcente, ejusq́ue prolixitate deſiderante, benè facit, ad majorem judicis informationem Advocatus, omnia ſua fundamenta, ad demonſtrandam rem facientia, adducere, nec taxandus, accuratis ſuis repetitionibus in quadam cauſa judicem ſublevans quemadmodum repetitiones cauſarum in benè conſtitutis judiciis, ad cauſam expediendam neceſſariæ ſunt & utiles, tum etiam ob nova ad rem facientia, emergentia, illa neceſſaria eſt: & fori obſervantia demonſtrat. Et quamvis hic de multitudine actorum transmiſſorum, eorumque prolixitate, ex repetitionibus aliisq́ue juribus allegatis, multa inania faciat, tamèn multi Profeſſores in dandis Reſponſis minimè ſunt occupati, und bekümmern ſich um keine acta ſondern bleiben bey ihrem Catheder: Vani tamèn, ſibimet ſiquidem Docti (ſind inwendig gelehrt)

nec

nec aliis, & publicè proſunt, teſte experientia. Fruſtraneum ergò eſt, quod hoc ſ. d. n. in Chartam conjicit.

Tractat autem hic de Defenſione reorum delinquentium, & quod Sancta juſtitia maximè in his, ab Advocatis ſit obſervanda, ne famoſi ſuis technis pœnas effugiant: Verum, ſuperfluum hoc eſt, prius enim adducendum, quis famoſus latro ſit dicendus: Non enim omnis fama famoſum quem facit; Siquidem hæc ut plurimum fallax, mendax & falſa *l. 18. in pr. ff. de inoff. teſt.* Et eſt ſermo ſine ullo certo authore diſperſus, cui malignitas initium dedit, ac incrementum credulitas, ac de innocentiſſimo quoque emanare poteſt, ut loquitur *Carpz. p. 3. q. 120. & ſeq. add. Alth. Dicæol. lib. 3. c. 37.* Antequam autem hoc fiat, nemo famoſus, nec doloſus delinquens dicendus: Hinc non video, quomodo huicce deneganda defenſio, ſi illam ſecundum vires ſuas Advocatus in ſeſe ſuſcipiat, & ad ſanguinem redimendum cautelis utatur: Nam ubi de vita & ſanguine hominis agitur, ibi cautius eſt procedendum. Si tamèn ita quidem ſit criminoſus, ut ſæpiſſimè in flagranti crimine deprehenſus, atque ab omnibus pro aperto homicida latrone, ac facinoroſo ſit habitus, huncce ut plurimum judicia ſemoto defenſore, judicant, atque ſemovent. Quamvis & tali concedendam defenſionem, (quæ nec Diabolo de neganda eſt, ut loq. Dd) dicerem, cum in judicis ſcientia conſtitutum ſit, quousque defenſio ſit admittenda: Et delinquens indefenſus non remaneat. Et communiter benè conſtituta judicia ex officio tales defenſores, & juſtè, conſtituunt. Ut fori eſt obſervantia.

Damnat etiam hic dilationum petitionem, quæ fieri poſſit ex copiæ & alius termini petitione. Cum autem in Advocatis ſumma requiratur vigilantia & cura, non certè peccat, ſi hujus vel illius propoſitionis, Exceptionis, Replicationis, interdum etiam Duplicationis, Copiam, ad meliorem cauſæ

ob-

obſervationem Clientis ſui, deſideret, mutosque ſuos Domi præceptores, in cauſa præſertim ardua, & utilitatem alicujus concernente, und welche eines zeitliche Wohlfahrt betrifft / conſulat: Præſertim ſi novi quid ab adverſario adducatur, ad quod neceſſe eſt reſpondere und worüber er mit ſeinem Principalen billig communiciren muß. Quod & in denen gütlichen Verhören / ſo wohl als auch in denen Proces-Sachen uſitatiſſimum, ut hujus vel illius rei Copia concedatur & petatur.

Tandem & ultimò apparet fulgur ex pelvi, contra illos, & quidem I. Qui patrocinium ſuum exercent, in debita liquidiſſima, illa negantes: Verum fruſtraneus eſſet labor contra debita liquidiſſima aliquid tentandi, ſiquidem pro iſtis, præſertim ſi ex inſtrumento â parte adverſa agnito, veritas illius appareat, pronunciatur, wird darbey gelaſſen / bis der Gegentheil ein anders in ordentliche Wege rechtens außführet; Oder daß er ſeinen Creditorem befriedigen / oder innerhalb gewiſſer Zeit / cauſales quare non, zu übergeben ſchuldig ſeyn ſolle. Alias non injuſtè facit Advocatus; Siquidem audiendus eſt reus, cujus certè partes etiam in abſolvendo, ſunt favorabiliores, *Gail. 1. Obſ 31. n. 12. Vult. de judic. lib. 1. c. 5. n. 30.* Et cur non licitum eſſe debeat, Advocato, in hujuſmodi caſibus uti hac vel illa dilatoria & fori declinatoria exceptione; Quid ſi v. g. uterque vel alteruter eorum ſit minor, non habens perſonam ſtandi in judicio, ſit indefenſus; vel habens quidem tutorem, Curatoremve, opponatur tamen huic deſolennibus ut doceat, quod etiam in praxi notum, ut talis tutorium vel curatorium ſuum exhibere, & oſtendere debeat, de quibus exceptionibus *vid. Marant. in Spec. aur. p. 6. tit. de except. add. Alth. Dicæol. lib 3. cap. 21. per tot.* quæ omnes exceptiones utique & liquidiſſimo debito opponi de jure poſſunt, neque hoc imputatur Advocato.

Fri-

Frivolæ verò exceptiones, etiam eæ, quæ præſertim in executionibus oppoſitæ, in continenti probari nequeunt, debita minimè protrahunt, und muß einer / wo Er ſchuldig iſt / wohl bezahlen.

II. Fulmen ſuum evibrat in illos, qui in cauſa injuriarum, Amicitiæ ſigna injurianti oſtendere, Clienti ſuo, diſſuadent. Hic, exhibenda eſſe illa adverſario, ob id aff. Ne Diabolo hominem tentandi occaſio & anſa daretur. Et quæ alia. Verum, quamvis Chriſtianus Advocatus Clientem ſuum ſuaſionibus ſuis ad non Chriſtiana, atque ad inimicitiam trahere nullo modo deſideret: Ne tamen magnis minimeque homini, etiam ab rectiſſimo ferendis injuriis, gravatus, cauſa cadat, ejusmodi actibus, ſalutationeque Clienti ſuo præjudicet, inque ipſum & in famam ſuam ſæviat, injurias haſce ad animum non revocando, injuſte non facit, ad ſalvandam actionem, ſi deſiſtat: Nam non ignotum in praxi jureque verſantibus, ejusmodi Salutatione, aliave amicabili Converſatione, remiſſam tacite eſſe injuriarum actionem, ut patet *ex fin. inſt. de injur. ibiq; Schn. 110. & 13. add. l. 11. §. 1. ff. de injur.*

Quod non tantum Verum in tacita hac, ſed & in expreſſa remiſſione, qua ſecuta, nullo modo injuriatus actionem ullam movere poteſt, ſed in totum extincta eſt, *Vid. Carpz. p. 2. q. 97. n. 50. id. p. 2. q. 55. n. 43.* Cum autem hæc ita vera ſint, placet tamen ad majorem hujus Quæſt. enodationem ac informationem diſtinguere: Aut enim injuriatus illatam ſibi injuriam, ad animum non tantùm revocavit, ſed etiam in judicium Cognoſcendam, deduxit. Aut non: Illo caſu, facta licet ſalutatione, alioque amicabili actu, remiſſa per hunc actum, injuria non cenſetur, nec injuriarum actio tollitur, *per gl. in §. fin. inſt. de injur.* Hoc autem caſu ſi non ſtatim ad animum revocat, ſed ſtatim ſalutat, ipſam injuriarum actionem ceſſare facit, & fruſtra injuriarum actio vel accuſatio inſtitui

ſtituitur. *Vid. Spec. aur. Mar. ibiq́, Foller. in addit. v. 4. n. 97. & Deciſſum ibid. refert ſteph. Aufrer. in dec. cap. Thol. 223. ibique add.*

Tandem Hic agmen ſuum Claudit, Ode (ut loquitur) Sacra adducta, quæ an ſacra Deoque grata, vix & ne vix quidem credo, ſiquidem in odium magis Advocatorum excogitata; Hoc ſaltem potius in mentem venit, quod hic vel novum Ambroſium Lobwaſſerum, vel redivivum Johannem Habermannum, oſtendere nobis voluerit. Carmen certè nec DEO gratum, vel proximo proficuum; vel denique & ſibi utile: Sed meritò cum aliis mundi erroribus tranſitorium. Hæc ergò ſunt, quæ ad tædium temporis fallendum & quantum vacua negotia fuerint adjicere pro ſuo Advocato Cliens quiſpiam voluit. Et ſi quædam ad juridici diſcurſus Lydium lapidem adhibenda hîc invenerit, placida fronte Hic excipere; & absque ulla Nequitia illa literatorio orbi reddere velit. Habebit ipſum, qui ad omnia officioſe honeſta ac honeſtè officioſa eſt, eritque, paratus & promptus CLIENS!

VIRGÆ,

VIRGÆ, VIRGÆ,
ob
JUDICIUM DEFENSIVUM
LOCO
JUDICII ELISIVI
PRO
FRANCISCO CLIENTE,
Malorum Advocatorum, Rabularum forenſium & Strepſodiciſtorum, qui ex albo nigrum, ex recto pravum aut contra faciunt, allegato Patrono abſurdiſſimo & vigilantiſſimo.

DEfunctum jam credebam HOLTERMANNUM eo periculo, quod ei ab improbis & ebriis Advocatis imminebat: maleferiati enim oblocutores hujus *Diſputationis*, ſecretis Juſtitiæ ulceribus laborantes, viliſſima capita, cum ſuo modo & more tonaſſent, tandem illorum fulmina deſiêre increpitus & inanis cerebri excrementa ſeu vacuæ mentis ſomnia. O Vos non mali, ſed peſſimi Advocati! O vos Jurgiſtæ! Ecco la fico! Zu Ingelſtatt zeigt man einem die Feige. Quid vobis improbis ineptiſſimarum litium Architectis aliud debetur, quam quod novorum onerum inventoribus? ſcilicet pro catena aurea, laqueus in præmium. Vobis ob bullatas veſtras nugas, ad reſtim res redierat, nec aliud reſtabat, quam laquei beneficium, & ut præclarum illum ſpiritum reſte trium obolorum obſtringeretis, niſi (*alla deſperata*) imploraſſerit ex genere non mendi-

 can-

cantium ſed manducantium & grandiloquentium FRANCISCUM CLIENTEM, in Patronum veſtrum: nec immeritò: audiviſtis enim aliquando FRANCISCUM ASSISIUM olim inſanam poteſtatem prædicationis & dogmatizationis exercuiſſe circa locuſtas, lupos, corvos & Aſinos. FRANCISCI Dreck iſt dieſen böſen Advocaten eitel Italiäniſcher Balſam; Der gibt gute Bieſem-Knöpffe: Sie müſſen ſie aber unter ſich anſztheilen. Solem nulla ſagitta ferit. Die Profeſſores ſeyn ſchuſzfrey: Darum habt ihr Advocaten euer Pulver vergebens verſchoſſen und blinde Schüſſe gethan. Nolite affectare quod vobis non eſt datum: non omnibus omnia pari filo conveniunt: *Holtermanni* Diſputationem nobilitaſtis veſtris conviciis: Ita ſæpè multorum lateret innocentia, niſi accepiſſent injuriam; illuſtrat nimirum fortuna plurimos dum vexat. Ille cum magno *Pompejo* gloriari poteſt, ſe quidem non eſſe piratarum ſed *malorum Advocatorum* ſcopulum: nec ille miratur & ægrè fert, quod malè loquamini de eo, bene enim loqui non didiciſtis, quare criminationes veſtræ, μαγειρικὰ ῥήματα ſeu culinaria verba magis ipſum delectant quàm offendunt, imò non pluris facit hæc, quam olim *Socrates* aſinum λακτίζοντα. De veris ſtudiis, quæ vobis nil videntur facere πρὸς τὰ ἄλφιτα, vos non poteſtis rectè ſentire, aut γνησίως philoſophari. Vos *mali Advocati*, practici, ſcilicet, eſtis: imò ardeliones forenſes, quorum natio Romæ erat inquieta, omnibus negotiis ſeſe immiſcens: *Vos*, ut cum veſtro FRANCISCO loquar, *homines eſtis edocti in literatorio orbe: veſtra Iurisprudentia non eſt cathedraria, ſed tota conſiſtit in cognoſcendis cauſis tam ſimplicis querelæ, quam quæ fiunt per modum appellationis: quomodo tam libellus ſimplex quàm articulatus formandus, de duplici poſſeſſorio, de proceſſu litigioſæ poſſeſſionis. Vos poteſtis enodanter Iudici cauſas ob oculos ponere, ut jura meliùs poſſit applicare. Pro*-

feſ-

ſeſſores ſunt cultores juris malè applicativi. Advocatos invidia à numero Profeſſorum arcet, multis alias paraſangis reliquos præcurrentes. Mæſæ ſunt Marburgenſes his longe vigilantiores. Illi nôrunt ſtudium juris eſſe practicum & ideo omnes debere eſſe practicos. Quæ theoreticè dicuntur, ſub nube dicuntur. Iurisprudentia eſt ſine fructu, ſi alius doceat artem, alius uſum artis. O quantus idiota eſt hic FRANCISCUS cum ſuis ſodalibus!

Nec mirum, quando colluto pectore mixtos,
Iunxit in abrupta concordia longa catena.

Ex his certè ſi quis vellet æmulari non Profeſſorem, ſed bonum Profeſſorem næ ille, *ceratis ope Dædalæa nititur pennis, vitreo daturus nomina Ponto.* Oratio hæc qualis eſt? Elumbis, barbara, febriculoſa, nauteam olet, Romanis auribus intolerabilis, politis inimica elementariis pueris digna adhuc à ferula rubentibus & à Grammaticorum virgis calentibus, jejuna omnia, nihil ſufferti tinnit, gerræ germanæ, emblemata inſulſorum hominum, mera mappalia faciunt, diſputantes de ſcrutis & frivolis, de tribus Poſthumi capellis: anteceſſores egregii, non magnæ invidiæ capaces, in quorum vultu ruboris nil ampliùs poteſt flagrare, quare mirandum, quod non ipſum atramentum, quo hæc in chartam conjecta ſunt, erubuerit: Sed ſunt hi ſodales exhauſto pudore ſcurræ in Academia tam utiles, quàm rubigo in ferro, quibus Cymæa conſcia vatis non ſtat caſta cortina domo. Annon aliud eſt docere, aliud exercere jura: hæc qui tractant in tria genera dividuntur, aut leges interpretantur, aut judicant, aut litigatorum cauſas orant. Hi in foro verſantur, citò ſæpè cupiunt fieri divites, hinc ſexcentorum ſcelerum cauſæ: Doctrinam ſuam armant impudentia, tam intolerando faſtu, ut ne Themidem quidem, ſi opus eſſet & præſens, reſponſa dare conceſſuri ſint. Aſt qui Profeſſionum magis quàm quæſtus curam gerunt,

eos ſæpè nulla contaminat avaritia, non ferro graſſantur, non venena miſcent, de ſpoliis proſtantis pupilli, de vita propioris agnati, de gula decrepiti parentis triumphare exhorreſcunt. Hanc lucem lyncei alias *malorum Advocatorum* oculi non vident. Ita tamen ſe res habet FRANCISCE: Jurisprudentia conſiſtit in duobus in theoria & praxi: hæc ab illa dependet, imò illam velut cauſam præſupponit: hæc in foro, Curia & Cancellaria exeercetur. Illa in Scholis & Academiis, aliter ſi fiat, committitur ὕστερον πρώτερον. Hæc jucunda, appetibilis, blanda, lucroſa: Illa nudoſa, intricata, immenſis finibus circumſcripta, ferrea & ſterilis: Ad hanc homines conſcientioſi ſæpè accedunt quaſi ad furcam. *Themiſtocles* malebat ad ſepulchrum quàm tribunal ire: ad illam non debent cerdones venire, ordo enim hic præ aliis vitio carere debet. Si Tu FRANCISCE nebulo, nos Profeſſores non habes pro practicis, habeas quæſo nos pro cotibus,

fungamur vice cotis acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipſa ſecandi.

Quis te motionem primo docuit, quid ſit appellatio? Quid ſit libellus? Quid poſſeſſio? Quid res litigioſa? Annon hoc habes ex illa Jurisprudentia, quam tu cathedrariam vocas? An hoc ibi didiciſti theoreticè, hoc eſt, ſub nube tantùm, ſine ullo fructu, quia practicus aliquis te hoc non docuit. Ut videaris ſapere cœlum vituperas. In dubia cauſa, quando neſciviſti, qualis actio inſtituenda, quoties à Juridicæ cathedræ Profeſſoribus informationem anxiùs petiiſti? Audeo cum aliquo FRANCISCI ſodalium quovis pignore contendere, eſſe inter illos, qui ſi interrogetur, qualis ſit actio *Serviana*, reſponſurus ſit eam cum materia de ſervis per conſtitutiones Imperii jam abrogatam nec eſui nec uſui ampliùs eſſe: Imò ignoraturus, bonà immobilia quomodo habeant in genitivo? Quænam eſt cauſa tantæ inſcitiæ? Dicam in-

ingenue, FRANCISCE, Tu cum tuis ſodalibus non es factus ad lyram Apollinis. In hac Academia, quæ HASSIÆ totius ornamentum & princeps eſt decus, cujus nomen ſplendore ſuo non Germaniæ tantùm, ſed Europæos limites tranſcendit, in qua patriæ noſtra anchoræ fabricantur, vera & ſolida doctrina inſtillatur, barbaries exuitur, in hac dico, immani ſaltu ex trivialis pulveris anguſtiis ſtatim in vaſtum juris Oceanum vos projeciſtis, in Grammatica pulli, in Poëtica nulli, in Logica Aſini: Studioſi fuiſtis per multos annos, alte Burſen/ ſed tales, quales à nonnullis definiuntur, *animalia aut nihil aut aliud agentia*: fortè Murciæ & Vacunæ ſacra coluiſtis & cum Ennio Patre nunquam niſi poti ad arma proſiluiſtis. Habt auch wohl mit etlichen auff Schweſterſchafft getruncken/ apud quas nullus Ariſtoteli vel Platoni fuiſſet locus. Quoties feciſtis bonum Cherubim in camera charitatis? Es bezeuget es leider! die tägliche Erfahrung/ wie es öffters ſo gar übel mit jungen Leuten / ſo dieſe auff Univerſitäten / oder an andere fremde Ort / etwas redliches zu lernen und zu erfahren verſchicket werden / gerathe und auſſchlage: ob ſie ſchon von ihren lieben Eltern gantz treulich gemeynet/ auch mit aller Nothdurff vätterlich verſorget und verſehen werden / bevorab wann ſie nunmehr daſelbſt ihres freyen Willens leben und keiner Auffſicht unterworffen ſeyn: da es dann bey ihnen heiſſet / quod libet, licet: wozu auch manchmahl die Eltern ſelbſt / ſonderlich die Mütter ſtatlich helffen und eine Urſach ihres Verderbens ſeyn/ wann Sie den Söhnen einen Wechſel über den andern zu machen/ ſie noch dabey erinnern/ ſich dem Stande/ dem Vermögen nach zu halten / und vor andern ſich hervor zuthun/ da ſie dann offt an ſtatt der Bücher die Damen auff blätteren/ exempla ſunt odioſa. I. N. Pfitzer: p. m. 9. eorum ſcilicet, qui Cluniacenſem ordinem magis amârunt quam

Ci-

Ciſtercienſem: qui Venerillas ſuas hic ſibi invenêrunt, pupas quas putabant, cùm eſſent anus. Ita quando litatum Divæ futuariæ, Phy pudor quo abiit! in ſtudiis ea poſtea eſt eorum infelicitas, ut quæ pueri ſcire deberent, ea propè nunc ſenibus ſint diſcenda, ut meritò Academia noſtra cum Poëta exclamare poſſit

Eheu! quam pingui macer eſt mihi taurus in arvo.

Eminus ſaltem ſi quis eruditionis illorum facit periculum præter illiteratas & frigidas aliquot quæſtiunculas nil didicerunt: quoad latinam linguam meliùs illis ſapuit bubula: artem ergò Juris quomodo poſſunt intelligere, cujus ignorant linguam, quam ex veteribus JCtorum libris debebant imbibere, quorum cognitio non gladiis paratur lateri accinctis, non cirris capillorum luxuriantium in humeros, molliter defluentibus, non choreis & tripudiis ac ſolita huic ætati laſcivia, non mero titubantium graſſationibus & famoſis duellis: qui auctores non inter neglecta modo ſed inviſa nomina ſunt & ſurdis auribus laudantur. *Cicero* cum omni ſua eloquentia damnatur ad pueriles nænias. *Horatium* amare & *Terentium* in probro habetur. In jure hærent in regulis, quæſtiunculis & diſtinctionibus, in adita artium non penetrant, Vocalem cathedram, cujus magna vis, quia præter opinionem Studioſos informat, negligunt. Diſputationes publicas potentiſſimum illud exercitium ad excitandas animi vires & quo Academiæ gloria etiam apud exteros redditur clarior, malo publico contemnunt: & ita tamenbrevi tempore, vi, clam vel precario apud DoctoresHypodidaſcalos univerſum juris Oceanum enavigant, fortaſſe in amphora vini, aut in lebete, ut olim Hercules occiduum, quo poſtea in cauſis elatrandis tantos fructus quaſi in ſimpulo excitatant, cùm nihil unquam præter Hahnii obſervationes aut Syſtema aliquod in calamum dictatum obiter tantum legerint: hinc tantum

docti,

docti, quantum quæſtiunculis ſat eſt de pane lucrando. Si hæc non eſt, quæ ad barbariem ducit via, nulla erit, quam timeamus: & quia in ratione ſtudiorum non ſecus ſe res habet atque in alimentis humani corporis primæ concoctionis, vitia corrigi non poſſunt in ſecunda, & ideò deindè, è ſquilla non naſcitur roſa, nec ex quæſtionario & obſtationario verus JCtus, ſed abortus potiùs & mendicabulum juris, qui ob juris certi ignorantiam emendicare debent regulas aliquas: Quibus ſolet accidere, quod oſtiatim mendicantibus, ut hic quidem nihil, illic fruſtillum panis mucidi aut ſimile quid accipiant; quando horum indices & commentaria fruſtra pulſantes illorum quidem aliquid capiunt, ſed quod parum habet auctoritatis ac virtutis; ex aliorum ſæpè, quod planè eſt improbandum: inde tales, quicquid ſcribunt, quicquid proferunt, profundam redolet inertiam: & tamen vanæ hujus doctrinæ perſuaſione ferociunt, & cœteros omnes fungos putant: meliores diſciplinas, quas ne quidem ab alno deſpectârunt, tamen audent allatrare & γρυλίζειν: adeò ſibi philautia placet, ut ſordes ſuas mera putent olere cinnama: cogitationibus ſuis ſcandunt Olympum, cùm tamen horum vita nil ſit niſi mare mortuum. Homines ſunt literati ſed ſine literis, imò ad bonas literas ſtipites ſunt, ingenia habent quovis piſtillo obtuſiora: literarum bonarum hanc ignorantiam & contemptum inſulſus ille FRANCISCUS inter ſuos aluit & edicto injunxit Quæſo, quid in hoc jejuno & inſulſo JUDICIO DEFENSIVO eſt, quod non auctorem ſuum juguler. Omnia ſcilicet contenta Diſputationis de *nequitia Advocatorum*, tam ſolidè ſunt refutata atque ita diluta, quaſi, ſi quis liquido ſtercore corpus luto inquinatum abluerit. Si quis FRANCISCI Clientes latinè doctos exiſtimet, legat hoc *Iudicium Defenſivum*, hanc morologiam, & decipi deſinat: ex quo ſterquilinio habetis

has phraſes? In materia ipſa, non unicam boni cerebri video: à jure & veritate longiùs abeſtis, quam abeſt ipſa injuſtitia & falſitas: diſputatis de iis, quæ non ſunt veſtræ notionis. Quo nomine te appellam FRANCISCE? JCtum; certè juris quidem patella es conſultiſſimus. Non es Logicus: artem enim rationis non didiciſti: Tu cum tuis ſodalibus Parnaſſi eſtis retrimenta, lappæ & tribuli. *Paulus II.* Pontifex vos literatos appellaſſet, *ſaccos ſcholaſticos & pedantes.* Tales tamen hominũ vappæ & quisquiliæ poſteà volunt eſſe boni & venerabiles Advocati, *qui* (uti loquitur FRANCISCUS) *jus enodanter Iudici ob oculos ponunt, qui jura melius poſſunt applicare, qui ſciunt facere ſupplicas, qui ſciunt cauſas tam ſimplicis querelæ quàm appellationis, &c.* Nec tantam Advocati cupiunt eſſe hi terræ filii ſed inſtar cucurbitæ Jonæ, non tota nocte ſed tribus horis creſcunt etiam, ſine principali reſcripto in Juris Profeſſores, *in homines edoctos & Muſis ipſis vigilantiores Profeſſores.* Quid hoc aliud eſt quàm aſparagorum more Profeſſores coquere: verum eſt, una nocte naſcuntur fungi, ſed carent radicibus, nullo flore nullo fructu aut folio ſunt utiles. So giebts viele Profeſſoren / aber wenig gelehrte Leute. O vos Muſæ & mulæ Marburgenſes! Riſu emoriatur oportet, qui hæc legit & has Muſas novit. Facetè, lepidè, lautè, ut nihil ſuprà. Muſæ eſtis, ſed ineptæ, obſtreperæ, garrulæ, importunæ, à quibus ego malo conſpui quàm honorari. Doctores eſtis, fateor & Profeſſores, ſed hypodidaſcali, Viri magni, quorum fama ædium illarum, in quibus ipſi habitant, limina nondum eſt egreſſa. Profeſſores eſtis, ſed ſæpè ridiculi, ut ille olim linguæ hic gallicæ informator, quem adeò titillabat titulus Profeſſoris, tam benè ipſi convenientis ac circulus aureus naribus porci, ut ſi veniſſet in muſeum alicujus Studioſi, privatim eum informandi cauſa, nunquam *ſellam* ſedendi cauſa, ſed præciſe & conceptis verbis *cathedram* peteret, ex quâ ſuavis hic Pro-

feſſor profiteretur, ſæpè non aliter ac temulenti ruſtici de plauſtro: de unguento hic homo judicabat ex ſola pixidis inſcriptione. Proditores ſunt tales Profeſſores, à quorum perverſis judiciis multum periculi imminet *novis Iuris hoſpitibus*, ut loquitur inſulſus ille & tamdiu in jure hoſpes FRANCISCUS. Dabo exemplum: Studioſus non ita pridem laudabat mihi impenſe Doctoris alicujus hydodidaſcali politicam, indignus eſt ille, ut nomen ejus mandem literis, quam in calamum, & ſub fide ſilentii pro duodecim Imperialibus duobus Studioſis dictaverat: hæc arcana Regnorum & Rerum publicarum cùm daretur inſpiciendi mihi copia, vidi totam hanc civilem prudentiam conſtare ex talibus quæſtiunculis: *quid eſt urbs? quid eſt pagus? quid vicus? quid forum? quid platea? quid eſt curia? quid eſt templum? quid eſt dominus? quid ſervus?* Poſt inſpectionem primo intuitu conſtare poterat, à quo auctore hos carbones pro theſauro furatus eſſet hic politicus, cui ob tam præclarum ſceleton debebatur Conſiliarii, ſed joco ſerii, munus in aulâ alicujus Principis. Quid ſi hi juvenes ex Scholis & tenebris primum erumpentes, qui hunc politicum ſeu Pygmeum pro Gigante immenſæ proceritatis aſpexerant hæc dictata ſecum detuliſſent in Belgium, quid, quæſo, emunctioris naſis viri de hac civili prudentia & per conſequens de Academia & Academicis Profeſſoribus aliud judicaſſent, quam eos quoque tales eſſe nanos & balbos non niſi balbos intelligere. Profectò tales Muſæ nil aliud ſunt in Academia, quam in apiario fuci, qui ſtudiorum bonorum contemptum aliis affricant, & tam ſuggeſtionibus pravis quam exemplis nocent, barbariem & ἀπαιδευσίαν paſſis velis importantes. Poſſem plura citare ſimilia exempla ſed nolo ampliùs infamiam illorum publicare, etſi prius illi me læſerint: volo potiùs cum Chamo nuditatem & infirmitatem illorum tegere, quam illi quaſi madidi cum Noâ rete-

retexerant. Quis ergò crederet FRANCISCO, *hos homines invidiam arcere à Profeſſorum numero, imò hos* (ex ungue leonem) *multis paraſangis ordinarios Profeſſores præcurrere?* Ut hic grunnit FRANCISCUS, ut ſtringit caninæ mordacitatis dentes. Splendidius eſt Profeſſorium munus, quam ut eis committatur, qui magis Muſas contemnunt quam gemmas aſini: qui rectiſſima ingenia torquent ac detorquent. Profeſſores eſſent reverà Trismegiſti, ſed quomodo, maximi ſomniatores, maximi impoſtores, maximi nugatores. Si tricis & apinis pretium & honos eſſet in Academia jam fortè ſtarent in aliqua Profeſſione ad perpetuam ſuam infamiam: honor hic in his hominibus perindè ſe haberet, ut cibus delicatus in pravo ſtomacho, prorſus corrumperetur. Sed perge, FRANCISCE, ulteriùs omnes hujus Academiæ Juris Profeſſores ſine ullo exagitare diſcrimine, faceres hoc libentiſſimè, ſi ungues & dentes haberes. Dic ergò porrò mihi, non tuâ ſed bona fide, quinam ſint illi, *qui à dandis reſponſis impetrato reſcripto nullo Academiæ bono ſeſe excuſare deſiderant? Quis eſt ille Profeſſor, qui novis Iuris Hoſpitibus ſub fide promittit intra anni ſpatium Collegium abſolutorum, eumq; in finem ab ipſis initialibus lectionibus 100. Thaleros, dim. reliquum verò media lectione accepturus: hic autem ſubindè lectiones procraſtinans, tædio identidem retardatæ lectionis illos ita afficit, ut defatigati partim ſolum ac Academiam mutare, vel partim ſummo ſui malo, parentumque illorum ſæpè cum ruina lectiones haſce exſpectare cogantur. Quod in multis Academiis deteſtanda ſit prolixitas: quod in antiquitatibus tyrones ætatem conſumant & idcò parentum loculi exhauriantur: quod nemo micam ſcientiæ vel doctrinæ Academiæ civibus de noviſſimo jure, Receſſibus, Capitulationibus, Iuribus Status, Aurea Bulla accommodet: talem Profeſſorem eſſe rariſſimam avem, hodie tamen fruſtra communiter exſpectari; attamen laudandi & ſummè hono-*

no-

nerandi ſunt Profeſſores, ſi laudabilem in ſe probis moribus eſſe vitam monſtraverint, ſi peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretandi, accedente etiam cætu ampliſſimo hoc judicante digni fuerint æſtimati. Sed hæc omnia olim fuere: hodierna luce dignus & indignus ablativos adſciſcunt.

Quis tulerit Gracchos de proditione loquentes.

FRANCISCE Caprimulge, innoxiam hanc chartam cur tantis mendaciis imples? Tu ſcurra, tu camino purge, audéſne ita cæſim & punctim in Profeſſores debacchari, quibus eruditorum natio aſſurgit eisque innoteſcere ducit glorioſum? Quis tibi ſubulco dedit hanc poteſtatem? mane, quæſo, tu agaſo in tuo ſterquilinio, extra illud enim ſi paulò produtaris longiùs, illicò tibi ignota rerum omnium facies, tenebras ac vertiginem offendis: nihil tam facilè excogitatur quàm mendacium, nihil quoque tam facilè confutatur. Si mentiendum tibi, ſi calumniandum, ſaltem cum aliqua ſpecie veri hoc faceres. Si ob afflictam valetudinem à dandis reſponſis aliquis & legendis illiteratis illis actis quibus obruebatur, laxamentum aliquod accipiat, hac conditione, ut tanto diligentiùs tractet theoreticum ſtudium, tantò doctiores habeat lectiones, frequentiora collegia: an hoc non ſit bono Academiæ & ſtudioſæ juventutis, quæ nullam aliam de Profeſſoribus ſuis ſolent movere querelam, quam quod aliorum actis legendis ſæpè nimium ſint occupati? Cur Studioſi ex tot locis confluunt ad Academias? an propter aliorum acta & inactitata judicialia. In quem finem Academiæ primariò inſtitutæ? an ut in iis Studioſi diſcant *formare ſupplices libellos & articulatos, tam ſimplicis querelæ quàm in cauſis appellationum*, ex quibus hoc tempore ne titivilitio fiunt meliores: annon ideò tradatur ut hic primùm eis rerum divinarũ & humanarum notitia, juſti atque injuſti ſcientia, quæ doctiſſimum, abſolu-

ſolutisſ. & totum requirit Profeſſorem, qui ſæpè, etſi omnes ſuas vires intendat, non tamen ſatis digne & pro conſcientia hoc munus poteſt implere: plura requiruntur ad bonum theoreticum, quam practicum, hunc ſæpè facit deſperatio in ſtudio theoretico, quare mille creantur Doctores Advocati, quibus quotidiè curiæ & dicaſteria implentur, ex quibus vix unus eſt dignus, ut cum laude Profeſſorium obeat munus. Ob hanc cauſam promotio peregrinorum velut hamus eſt, quo ex locis alienis præſtantiſſimi quique theoretici in varias Academias pertrahuntur, & ideò peregrini nullibi minùs debent inſectari, quam in hac Academia, quæ tot peregrinis floruit. *Leo X.* Pontifex Maximus & doctiſſimus prudenter conſtituit, ut nullus Doctorum conductus ad legendum, Advocationis munus aut aliud Curiæ officium in urbe exerceret, ne ſcilicet à lectionibus diſtraheretur, aut quod fieri neceſſe eſt, duarum difficillimarum & diverſarum rerum tractatione diſtractus, utramque dum vult, neutram adſequatur. Me quod attinet, ſemper amavi Profeſſoriam vitam. Academia meus Paradiſus: ſemper diſplicuit fori jurgiis divexari, aut inſtabilem aularum ſortem experiri, aut lubrica numina venerari, vel civiles in Republica adminiſtranda honores ambitu inquieto conſectari: tangat vel angat hæc ſollicitudo alios excœcatos externis rerum figuris ac inani ſchemate: mihi maneat ardor ille inexſtinctus in Profeſſoria Provincia illuſtranda & acriori cathedræ cura Reipublicæ plus prodero, quàm optimus Conſiliarius. Hanc meam fortunam non cupio permutatam cum magno aliquo ac præpotenti, qui ſella curuli tribus equorum jugis tracta vehitur. Vivit ſecure cui non eſt curia curæ. Auditorium eſt res inermis & innoxia, at qui in foro & veris litibus teruntur, multum malitiæ quamvis nolunt addiſcunt: quare Profeſſores & malos Advocatos non debes eâdem pertica metiri: quis unquam tot maledicta

au-

audivit in Profeſſores quàm malos Advocatos? Illi ſunt extra doli etiam ſuſpicionem, nec fumum nec oleum venale habent: ſæpè ſequeſtrant ea media, quæ ad rem familiarem augendam pertinent, & labores ſuos ad utilitatem & emolumentum Studioſorum conferunt: mali Advocati ſæpè uſuris multiplicandis incumbunt, magis rationes debitorum quam leges Digeſtorum perluſtrant, & ideò ſæpè iis contingit, quod Plato uſurariis eſt imprecatus, ut ſortem cum uſuris amiſſam deplorent hæredes. Hi rabulæ ſunt quaſi culices, ex alieno ſanguine vivunt: illis quivis odor lucri bonus eſt ex re quâlibet. In cauſa Geld / haben ſie kein Gewiſſen: venundant linguam plus crepitante rana garrulam donec reddantur elingues (uti Paduæ tales ſeptem mortui ſine lingua reperti ſunt.) Quid aliud agunt, quoties in Curiis & Cancellariis conveniunt, quam quod agunt mercatores Genuenſes, qui manè ita ſe ſolent ſalutare, *Quod agno Sigre*, id eſt, memento lucri. Profeſſores verò boni ſæpè deprecantur pecuniam, quæ ſapientiæ & famæ jactura mutatur: ſunt malarum artium inſolentes, non computant quid ſtudia referant, ſed fructum eorum animo & contemplatione metiuntur: ſuo ferè ſucco victitant, non norunt argentariam facere & ampla architectari patrimonia, ſtudia colunt facunda non fœcunda. Hos cum malis Advocatis non debès conferre. Χύτρα καὶ πέτρα ἀσυμφωνεῖ. Nos Profeſſores, qui tot annis in cathedra verſamur, nihil ferè ex noſtris laboribus conſequimur, niſi ut acceptas à Patre meliores fortunas valdè labefactemus & imminuamus: creſcente Bibliotheca & familia, decreſcit res familiaris. Sed perge, FRANCISCE, mentiri, & bonos allatrare Profeſſores. Quinam quæſo ſunt illi qui 100. Imperiales accipiunt & poſtea lectiones retardant, ut Juris novi Hoſpites Academiam ideò mutare cogantur? Quinam ſunt illi qui deteſtanda agunt prolixitate? Cur non nominaſti eos?

For-

Fortè Muſas illas Marburgenſes intellexiſti, qui ſæpè magnificè promittunt Studioſis, ſed hæ promiſſiones ſæpè ſimiles ſunt Punicis. His Muſis Studium Juris pretio nummario non æſtimandum, totum tamen eſt mercenarium, quando multis Juris Candidatis pro certa mercede cudunt & vendunt Diſputationes inaugurales? quando pecunia conducti efficiunt, ut ad honores Doctorales, non tamen in hac Academia, admittantur etiam ii, qui nondum accuratè textum Inſtitutionum Juris potuêre legere? Et quis Doctorum Hypodidaſcalorum vel de uno eximio poteſt gloriari diſcipulo? adeò hæ arbores ſunt ſteriles, non habentes fructus, ſed pro pomis ſpargunt futilia verba, pro foliis, cùm non adſit adhuc medulla ſenſuum & ſufficientis doctrinæ, abundant ſolâ ſpuma verborum, ideò tument, veluti absque Judice & cenſura viventes, à quorum cavea plaudi mihi, ego nihil moror. Sed, FRANCISCE, ſibi Chanahanæ perge totam etiam hanc Academiam nefaria tuâ pennâ deformare? Annon in Almâ hac noſtra *Ius publicum* docetur? tam ordinariè quàm extra ordinem? Annon malignum hoc tuum mendacium diluunt tot egregiæ & publicæ Diſputationes ad *Ius publicum*, ad *Ius noviſſimum*, ad *Hugonem Grotium* & alias varias juris publici & Gentium materias? O homo petulans & petulce, qui tam libenter alios clauſis oculis lædis & calumniaris.

Quid dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas.

Lapia triſta ruota del carro ſempre cigola. Das ſchlimmeſte Rad am Wagen knarret am meiſten.

Præter aquas Helicon & ſerta lyrasq́; Deorum.

Nil habet & magnum ſed perinane Σοφῶς.

Dignus eſſes ut hodienum tibi ut malis Advocatis in caſtris *Quintilii Vari* ora ſuerentur & lingua reſcinderetur: nam ut linguam habes intemperantem, ita frontem non habes, nec aures, nec oculos. Hoc falſum nos Profeſſores rebus ipſis ſeden-

dendo facilè refellimus: hæc eſt invidia, non res nova aut nunc primum nata: omne ſeculum eam tulit, omne feret: & ideò obtrectatores nunquam deerunt, quamdiu erunt homines invidiæ opportuni, qui eam evitare non poſſunt, niſi ſe bonis artibus abdicent, propter quas improborum obtrectationem incurrunt; Sed volo relinquere *Franciſcum*, Haſenköpffe ſeyn böß zu ſtreiffen: Antequam autem te dimitto, quæſo, ob quam cauſam mali Advocati debuêre ad cucullam aut reſtim FRANCISCANORUM confugere? Bonus Advocatus ſe ſolet offerre clienti, quoties ipſum videt in periculo conſtitutum: atque Tu, FRANCISCE CLIENS, inverſo rerum ordine, cur es malorum Advocatorum protector, nam bonos ſemper honoro, amo, veneror, nec cum illis unquam ulla mihi fuit lis: cur ab iſtis accepiſti gladium, ut illos propugnares ac in hoc certamine quaſi partes ſubſtituti ſubires, als die Secundanten / die ſich für einem anderen ſchlagen. Quæſo FRANCISCE dic qualis es? Doch /

Man kennt den Wolff am Gange /
Die Klock am Klange /
Den Franciſcaner am Strange /
Den Bauren an der Gabel /
Die böſen Advocaten am Schnabel.

Nomen habes valde ſanctum FRANCISCE? Sunt tamen nonnulli, qui hoc deducunt à DIABOLO, ut *Benjamin* deducitur à *volo:* ſcilicet ἀπὸ τῦ βάλλειν, ut ſit idem quod calumniator. Weilen der Teuffel immer uns Menſchen für GOTT verleumbdet / und machet es für ſeinem Gericht / wie die böſen Advocaten / die mit Lügen und Calumnien ihren Gegenpart ſuchen ſchwartz zu machen. Cur nomen tuum *Iudicio defenſivo* candidè non præpoſuiſti cum præmiſſo S. Hoc certè volebant Conſtitutiones Imperii: *vide Ord. Polit. de anno 1548. tit.* Von Schmäheſchrifften: Nunc ho-

mo es in nullo prædicamento : non ſubſtantiæ, quia pictam geris faciem : non in ullo accidentis : non quantitatis, quia es chimericus, in quo quomodo locum habere poteſt extenſio? Non qualitatis, non relationis, quia uxore cares & tamen habes ſpurios aut incerto patre genitos : non in prædicamento ubi? Ubi enim vivis? Fortè in Utopiâ, Tu ſimia, ſedem fixiſti. Esne aliquis ex numero malorum Advocatorum? hoc facilè crederem. Esne alicujus vel nullius Juris Doctor? In quâ Academia aut ſub quo camino es promotus? Noſti non omnes in jure poſtulare poſſe : quare alii putabant te *Eliam* eſſe non illùm, qui olim venturus erat, ſed *Cajæ Afraniæ* vel *Calphurniæ* filium. Aliqui volebant, te *Mephoſtophilen* eſſe, qui *Fauſto* apparuit in habitu Franciſcani : alii putabant ob legis prohibitionem & capitale crimen te poſtulare non poſſe : alii volebant te ſcilicet virum eſſe gravem, civitatis neſcio cujus Scindicum, qui nullo medio animos plebis magis ſibi concliare poſſet, quam ſi confeſtim iret domum & faceret ex ſe unam literam longam. Sed quia hodie verba hæc ſunt *Eberhardi à Weihe de vanit. glor. mund. p. 36. Sicuti in commœdiis larvæ, pro ICtis Leguleji, pro militibus latrones, pro Politicis nebulones, pro Oratoribus procuratores & rabulæ, pro Hiſtoricis pueri, pro Advocatis ſcribæ & opifices exhibentur*, ideò non accuratè inquiram in qualitates tuas : primarias tamen haſce in te deſidero, *pietatem* & *bonam conſcientiam* : hujus dictamen eſt, nihil dici fierive debere, quod verum & juſtum non eſt, quod damnum queat inferre proximo. Cur ergò ſine ulla cauſa nomen *Holtermanni* pro hedera iterum minus venali mercimonio *judicii defenſivi* appendiſti ſcripto ſparſo per totam Haſſiam, quod ex manu ſcribentis debuiſſet ire ad rogum & manus carnificis : cujus auctor non tam virgis quam loris & ſcuticâ fuiſſet caſtigandus. Quam culpam ligneus ille *Holtermannus* commiſit, ob quam nunc prorſus deberet

lapi-

lapideſcere vel ærea habere inteſtina, vel *L. Caſſio* vel ipſo *Dracone* Judice. Cur, *Franciſce*, cum tuis ſodalibus adeò nunc de eo triumphatis, ac ſi Regem Galliarum in acie cepiſſetis: omnia minuta etiam in eo fuiſtis perſequuti, cur non etiam exprobratis ei, quod olim in cunis vagierit, imò quod infans cunas perminxerit, quod pannos & ſinum nutricis ſtercore perſuderit. Quæſo de quo capite cum ipſo litigatis tam iracunde? Quam cauſam jurgii ei infertis? Nihil aliud reprehenſionis in eo aut culpæ fuit, quam quod Profeſſor Juris Diſputationem publicam habuit, in qua mordaci diſtrinxit carmine nullum, ſed titulum tantum latinum *de nequitia Advocatorum*, nimis generaliter, ut credebatis, & non ſufficienter ad excluſionem malorum Advocatorum poſuit, debebat enim eum ita formaſſe *de nequitia malorum Advocatorum*, alias ſub hoc titulo illum etiam *Franciſcum* & bonos Advocatos neceſſariò intelligere volebatis, non obſtante correctorio proteſtationis, ſtatim ab eo theſi prima addito, *quia hoc eſſet contrarium facto.* Deinde *illum contaminare*, ut loquuntur, *hac proterva & inſulſa rubrica, etiam toto orbe celebratiſſimi Spirenſis Iudicii Advocatorum, quorum nonnulli à Conſiliis magnorum nonnullorum Germaniæ Principum ſunt, auctoritatem, & hanc vili calamo proſcindere haud erubeſcere fronte carere.* Riſum teneatis amici Lectores! cùm tamen hæc generalitas ſatis eſſet reſtricta & in theſi primâ & per totam Diſputationem nullus alius fieret ſermo, quam de peccatis Advocatorum, quæ ut talia in bonos Advocatos cadere non poterant. Tertiò mordebat illos germanica Diſputationis inſcriptio **von Tücken und Bubenſtücken der** Advocaten/cujus lectione videbant mirum in modum capi & delectari populum, adeò ut nonnulli civium ob hunc titulum in ædibus me privatim compellentes ſe offerrent ad probationem hujus tituli per propria nocumenta & documenta, per injurias,

 frau-

fraudes & inſidias hujus vel illius Chreſtologi ſe circumventos, pecunia emunctos, cauſas illorum deſertas aut proditas querebantur. Egò certè, ſi tunc viſitatio & inquiſitio aliqua in mores & vitam malorum Advocatorũ mihi fuiſſet conceſſa, facillimè inſanum in modum variis nequitiarum exemplis, ſuggeſtis ab optimis civibus, qui ab Advocatis ſuis receſſerant, ut è prælio Ajax apud Homerum, Advocaten-Stückgens / potuiſſem illuſtraſſe Diſputationem illam, verum non fuit animi mei, nec hoc conſilio Diſputatio à me conſcripta, ut ſugillarem officium judiciale boni alicujus Advocati, quod ſemper maximi feci, ſed ut deſcriberem abuſus & vitia hodiernæ paſſim advocaturæ, quæ vitari non poſſunt niſi ſint cognita, peccatis enim & nequitiis hiſce demonſtratis rariores ſunt lapſus & caſus, & faciliùs evitantur ea, quæ alias oſcitantes opprimere poſſunt & imperitos rerum in malorum gurgites rapere. Quid? an per hoc toti Advocatorum ordini injuriam illatam? an per hoc Advocatorum Spirenſis Judicii authoritatem proſciſſam quispiam ſani cerebri affirmare audebit? An ergò omnes nomen illud Advocati habentes homines ſunt ſanctiſſimæ, integerrimæ & irreprehenſibilis vitæ? An nulla hunc Advocatorum ordinem contaminat macula? An ergò Advocati, qui cauſis litigantium patrocinantur agendo vel defendendo non diſtinguuntur in bonos & malos? Solus aſſerit *Franciſcus* aſinorum omnium ſtupidiſſimus & impudentiſſimus. Quod Advocati ipſi aſſerere verentur ſolus hic conductus nebulo affirmare non erubeſcit. Meo & omnium ſanorum, etiam bonorum Advocatorum judicio hoc modo ſinceri & integri Advocati meliùs intelliguntur & honorandi veniunt, cùm oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant. Nulla ars, quæ boni maliq́ue cauſam non præbeat, boni, ſi non abutaris, mali, ſi malè tractetur. Apes ex iisdem floſculis mel & ceram, ex quibus araneæ toxicum, ſugunt,

ſed

ſed eſtne hoc vitium florum, ſuntne ideò hi projiciendi & conculcandi? Omnes ordines in mundo perſonalibus ſceleribus ſunt coinquinati, ne quidem ſacro ordine excluſo, ideòne contemnenda eſt Theologia? Jam tempore *Taciti nihil quicquam tum publicæ mercis tam venale erat quàm Advocatorum perfidia*: Peſſimum vitium eorum fuit nummorum conſarcinatio, cui & tot leges à veteribus poſitæ. *Claudius* modum poſuit Advocatis pecuniæ capiendæ usque ad dena ſeſtertia, cum anteà nemini mercedem paciſci liceret, uti hoc probat *Nepos*: *Omnes quidque negotii haberent, jurare prius, quam agerent, jubebantur, nihil ſe ob advocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, caviſſe*: Jam olim notata arrogantia Advocatorum, qui arrogantibus verbis docere ſe profitebantur, quemadmodum cauſa inferior dicendo inferior fieri poſſit, krumme Sachen gerade machen quibus ſe oppoſuit *Socrates*: Notata etiam ignorantia Juris in iis à *Cicerone in orat. pro Plancio*: Quotusquisque Jurisperitus eſt? & à *Quinctiliano in Dial. d. cauſ. corrupt. eloq.* Notata præterea prævaricatio eorum in jure per metaphoram, dicta de iis, qui ſunt ambidextri, qui in partem utramque inclinant, qui utroque pede claudicant, die auff beyden Achſeln tragen/ vafri, verſuti, die gewand ſeynd/ varii, verſipelles, ποικιλόμορφοι: Die Winckelhaken ſuchen/überhüpffen/ mit dem ſtumpffen Flederwiſch drüber hinfahren: cùm parcunt adverſario, eíque cauſam donant, ulcus non tangunt, wollen nicht anbeiſſen/ der Katz die Schelle nicht anhangen/ idque non tam ex metu, quàm fraudulenter ex colluſione cum adverſario, ob id, quod ab eo corrupti ſint: quo ſenſu *Cicero* dixit: pecuniam accipit, ut turpiſſimè prævaricetur: De calumnia Advocatorum quis non ſcripſit? *Cicero pro Sexto Roſcio* in Erucium: *Crura quidem nemo vobis ſuffringet, ſed ſi ego hos bene novi, literam illam, cui vos usque eo inimici eſtis.* Intelligit autem lite-

ram K. quæ calumniatoribus Advocatis fronti inurebatur eratque priſcis geminum C. hac formula Ꙩ nec aliud monebat, quam *cave Calumniatorem, cave canem*: Quis veterum abſtinuit ab invectivâ in Advocatos malos ? vide *Ammian. Marcellin. l. 30. c. 11. 12. 13. Platonem in Epinomide, Senecam, Plinium, Symmachum, Apollinarem Iuvenalem Satyr. 7. Diodorum Siculum lib. 1. Biblioth. c. 76 Æſchinem, Lampridium in Antonio Diadumeno cap. 4.* ubi extant hæc verba: *Solent pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt & Advocatis credulis vendunt, ſi quidem hoc cauſidici juvari dicuntur.* Sed cur cito hic veteres auctores, ſolos aliàs ſapiendi Magiſtros, quos hi mei Advocatuli, natio exſanguis, fratres ignorantiæ, quia illis non ſunt eſui nec uſui, ne quidem à limine ſalutârunt & primis, ut dicitur, labris deguſtârunt, ſed plerumq; ex indicibus recentiorum Pragmaticorum ſapiunt, qui ſunt ejusdem cum ipſis cabalæ epoptæ & participes, quorum capitibus ut grandiores ſint, inſiſtunt, parati cum Caligula ipſius Jovis ſtatuæ ſuorum capita inſerere, & illis ſe ita alligari patiuntur, ut ſtulti illi, quos Magiſter ſtraminis vel exigui fili nodo alligavit, ſtant autem quaſi ferro aut verâ compede devincti; In gratiam igitur eorum noviter adhuc è ſtudii fornace eductorum, mento & mente juvenum oſtendam, idem, quod ego in diſputatione de nequitia eorum ſcripſi, me ex aliis optimæ notæ auctoribus mutuo ſumpſiſſe, quibus ideò à nullis bonis Advocatis lis mota. e. g. *Clariſſimus Fritſchius* ſcripſit Tractatum Advocatorum conſcientiæ excutiendæ inſervientem, *de peccatis Advocatorum & Procuratorum*, non ita ut volebant mei adverſarii piaculum eſſe, me non addidiſſe *de peccatis ſeu de nequitiâ malorum Advocatorum*, hos enim intellectos à me docet ſubjectum hujus quæſtionis, von Tücken und Bubenſtücken/ ꝛc. docent prætereà clara verba & totus contextus diſputationis eos, qui videre & legere poſſunt: Dn.

Amer.

Amerpohlen diſputavit *de prævaricatione Advocatorum*, non prævaricatione malorum Advocatorum: *Clariſſimus Samuel Strikius* JCtus Conſummatiſſimus in Academiâ Electorali *Francofurti ad Oderam* diſputavit *de conſcientiâ Advocati*, non de *conſcientiâ mali Advocati.* Rectè *Hieron. Non eſt contumelioſus generalis ſermo nec ad ullius contumeliam pertinet, qui enim citra nomenclaturam notat vitia, malos admonet, bonos commendat.* Sed ſic ſolent calumniatores corrumpere & pervertere ſententiam alicujus bonam, ut nullus unquam falſarius ſit ita graſſatus, affingere ſcilicet verbis planiſſimè dictis & dicere quod nusquam eſt, niſi in illorum portentificis capitibus. Tanta vis inſitæ opinionis & erroris, cui velut viſco contacti hærent ad perperam argumentandum. Et Ohe perfrictæ frontis inſigne ſpecimen! Bonus ille *Holtermannus* vel etiam *Woltermannus* anne ob talem cauſam in conviviis & compotationibus veſtris, in quibus

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus

ita debebat pecudum in morem aperto rictu & ſublato clamore infamari? tam barbarico barritu, tanta linguæ procacitate, Diſputatio illorum erat carpenda? Vinum & calumnias hauriebatis ἀμυσὶ cùm ob ambularent pocula, vulgò die Willkomms oder auch Concoctions-Trüncke/qui omnibus bibendi & ordine evacuandi erant. Ita, daß keiner konte das Ochſen-Recht haben. Convivium condiebatur virulentiſſimis obtrectationibus. Ibi contra *Holtermannum* inſoleſcebatis ut capræ contra Leonem: O magnam inverecundiam! ſed majorem, quod in Cancellariâ Sereniſſimi Principis, in qua hi Æſchini credebant ſe regnum obtinere, volebant eis crimen læſæ Majeſtatis Advocatoriæ intentare, & efficere, ut per Rectorem Magnificum Diſputatio innocentiſſima inhiberetur ob varias rationes, quæ non magis ad eam faciebant,

quam

quam aut galea pedi aut caliga capiti veſtiendo ſervit, & cùm hæc forenſis factio omnia jura confunderet ut coquus, fluctusque tanquam in ſimpulo moviſſet, ſine dato linguario tandem hæc condonabantur. Aliqui tamen alias tricas & inſolentias nectebant, quas nunc non repetam. Poſt oden ergò ſacram, oſtendentem modum, quo pro vitâ innocenti Deum invocare debeant Advocati, non vacabat indignari amplius, ex qua diſtinctionem meam, inter bonos & malos Advocatos, inter Advocatos in genere & in ſpecie, inter Advocatos & inter Advocatos Marburgenſes cognoſcere poterant, meque non eſſe in illâ hæreſi cum imperitis nonnullis unicum *Ironem* tantum in hac profeſſione ſanctum perveniſſe ad cœlos aſſerentibus. Age nunc, aperi oculos, *Franciſce*, quid ſcripſiſti? An Diſputatio noſtra malè formata? an ulla per hanc aut ejus rubricam toti Advocatorum, in ſpecie Spirenſium, ordini injuria illata? an proteſtationes noſtræ actui ſunt contrariæ, quam nihil efficere legibus & Doctoribus operoſe & inutiliter probare voluiſti? Quid ſcripſiſti? niſi calumnioſas & nequam cavillationes. Diſputatio mea apud te & ſodales tuos mala, quia oculi tui nequam. Dum ergò vitia & errores tuos enarrare & eradicare adnitor, contumeliis à te proſcindendus ſum? apud bonos ſtudiorum ſalutarium etiam citra effectum laudatur tractatio, quoniam de rebus humanis tam benè mereri poteſt, qui errores ſuſtulerit, quam qui ipſe innocenter vivit. Conatus ſui contra vitia & improbitates hodiernas in Diſputatione noſtra generatim dicere ita ut hoc modo ſingula à me in malos dicta accipi vellem, ut bonorum exiſtimationi nihil eſſet detractum, ſed omnia in genere ſcripta, ut nulla in ſpecie irrogata contumelia, quare ſi quis nihilominùs iraſcatur, de ſe ipſo illa dicta fatebitur, cùm nos fortâſſe de alio ſenſerimus:

Vera abſtracta loquor, ſi quem mens conſcia prodit,
Is dicat verè, me benè vera loqui.

Hi-

Hiſtoricorum culpa non eſt facinora referre ſed committentium, an ergò quisquam mihi iraſci debet ea referenti, quæ & illi ſcribunt & fieri cernimus? cùm igitur hodie de nequitiis Advocatorum totus conqueratur orbis, nullus ſanæ mentis mihi vitio vertet illas ſcribere, niſi velit nos in illam temporum infelicitatem incidiſſe, quæ non ſolùm remedia non patiuntur, ſed etiam prohibent liberè dicere & ſcribere, quod publicum eſt, quodque veritas dictitat. Videsne, *Franciſce*, quam juſtè dentes tuos Diſputationi noſtræ infixeris? quàm præclarum opus erudito orbi ediderìs? Quid tecum faciam? Maledicendi ars facillima, quam mulierculæ in triviis meliùs exercent, quàm in ſcholis Rhetores, an ulterius & ſingulatim in reliqua Judicii tui defenſivi contenta intendam? an mendacia toti orbi nota demonſtrare ſatagam? an ulteriùs ob convicia tua indignabor? Regium eſt, cùm rectè facias, malè audire: Mendacia imitantur fulmina, quæ altiſſima firmiſſimaque impetunt, viliſſima & humi ſerpentia negligunt: Adyanton herba licet aqua perfundatur aut immergatur, ſiccæ tamen ſimilis eſt, ſic cum homini probo contumelia infertur non inhæret: Canes ſunt minores & timidi, qui ex abſcondito allatrant, Magnanimi Leones ad hoſce circumlatrantes catellos tacent. Tu nequitias Advocatorum tales negas, perverſum rectum dicis? dum hoc facis, nequitiarum omnium & ſcelerum illorum te facis reum. Qui in malo & ſcelere patrocinium dat malo, ſceleris eſt ſocius. Vade jam, ô ſcelerum colluvies *Franciſce*, quo tua te ſcelera vocant. Indignum eſt viro honeſto luctari cum larvis & lemuribus, & ineptum ac fatuum, fatuas rationes operosè & cum causâ refellere, nihil mihi ampliùs cum ſterquilinio tuo negotii erit: O infamis nebulo, quem ſui ipſius pudet. Quia autem Me & præſtantiſſimum Reſpondentem meum voluiſti deligere in palum quintanum & pyctem ſtatuarium in quem incurre-

res, volui tantum ſummo apice & animo corrigendi & emendandi notare futilitatem ac inertiam tuam, non mereris, ut ſeriò mentem acuam & ingenii nervos intendam. Ideò ne aliis negotiis circumciſum otium circumſcindam, nunc te relinquo; Me autem tuis & omnium ſodalium tuorum inſanientium dentibus, ſed veritatis beneficio liberandum. Ejus namque fides te malevolum & tui ſimiles mendaces arguit & arguet, ut baculus Moyſis deglutivit Dracones præſtigiatorum, ita veritas vos hoſtes meos, licet obtrito capite adhuc cauda minetur, ſeu ut illa vulpecula Indiaca, de qua Joannes Euſeb. Nieremb. hiſt.nat. l.9.c.10. ſe ſentiens in periculo, excrementa cum tanto fœtore emittere tentetis, ut Venatores Canesque ob venenatam fragrantiam ſequi nolint. Stat & ſtabit immota veritas Diſputationis noſtræ, hæc eam defendit & tuetur, quam ut tandem agnoſcas tibi precor. Accipe has virgas pro apertis tuis mendaciis datas, exoſculare eas & ſeriò te emenda, peccat etiam ſapiente ſapientior & errat, aſt peccatum corrigere non velle ſed amare ut filiolum, Diabolicum, eſt. Commendo tibi eum in finem Oden meam ſacram das Advocaten-Gebät / & hos ſequentes cujusdam verſus:

Turpis anus cupiens formoſior ore videri,
Ætas quam patitur rugaq; fœda ſinit.
Ora genasq; linit fuco frontemq; ſenilem
Ad ſpeculumq; ſibi ficta puella placet.
Sed ſimul ardentes ac ſolis contigit æſtus
Ille ementitus mox color omnis abit:
At facies rugoſa manet, maculæq; pudendæ
Conſpicuæ cunctis ora genasq; notant:
Et quo fucus erat ſpiſſus mage, turpior ipſa
Redditur hæc facies & mage ſcabra cutis.

Scilicet

Scilicet has ipſas ſolvunt mendacia pœnas,
Quando videri inſons, nec tamen eſſe cupit.
Et ſua verborum ſuco dum crimina pingit
Innocuam quamvis ut putet eſſe Deam.
Sed ſimul ad ſolium ventum eſt ſublime Iehova,
Tum ſubitò fictum quod fuit ante, fugit.
Tum ſol conſumit nive cum glacieq; pruinas.
Tum cernenda patent, quæ latuere prius.
Sic tua dum peccata tegis, mox detegit illa
Et ſolo oſtendit cuncta videre potens.
Aſt ea ſi reteges deplorabisque Iehova,
Mox ea clementi conteget ipſe manu,
Deſodietq; cavis tumulorum, aut merget abyſſo
Æquoris, haud ullis inde ruenda modis.
Si ſapis, haud celes, potiùs tua vulnera pande;
Promptior ut Medica ſit tibi cura manus.

Vale, etiamſi mihi non faveas!